q Uoniam in precedenti capitulo posui regulas regiminis temperati siue sani a generatione a quo non parum differūt egra corpora a generatione: que respectu temperati sunt malarum cōplexionū. Uolumꝰ in hoc capitulo ponere regulas regiminis sanitatis malarū cōplexionū: nō accidētaliū sed naturaliū. Sunt enim quidā qui a principio generationis calidiores sunt vltra tēperamentum humane cōplexiōis: alij frigidiores: ꝛ in alijs q̄litatibꝰ tā simplicibus q̃ȝ compositis excedentes quaruꝫ complexionū necesse est vt sit aliud regimen cōseruatiuū vel curatiuū. Nec est nostra intētio loqui de parum lapsis: qꝛ taliū regimen sufficiēter haberi potest ex hijs q̄ dicta sunt de regimie tēperate cōplexiōis: et ex hijs que postea dicent̄ de multum lapsis. Sed in isto capitulo intendimꝰ de corporibus multum lapsis cuiusmodi sunt sanguinei: colerici: fleumatici: ꝛ melācolici. Primo loquamur de regimine sanguinee cōplexionis. Est em̄ complexio minus mala ꝛ minꝰ distans a tēperata complexione: imo quidam dixerunt hāc cōplexionē esse tēperatā scilicet calidā ꝛ humidam cuiusmodi est sanguinea: quod vtiq̄ verū est respectu tēperamēti ponderis. Unde homo tēperatissimꝰ labitur in calido ꝛ humido a ponderis tpamēto: ꝛ sic intellexerūt ātiq̄ꝝ quidā cōplexionē humanam etiam in tota natura esse calidam ꝛ humidam. Sed complexio calida ꝛ humida respectu temperamenti ad iusticiā: puta respectu hominis tpatissimi nō ē tpata sꝫ lapsa: ꝛ hmōi ē cōplexio nat̄al̄: imo hn̄s hanc cōplexionē patit̄ acachochimias egritudibꝫ ꝛ vl̄iter ab omnibꝫ egritudinibꝫ q̄rū causa est putrefactio ꝛ huōrū plenitudo ꝛ opilatio ꝛ specialiter multitudo sanguinis. In tali em̄ complexione consueuit multiplicari sanguis: ꝓpter quod indiget fleubothomia vel vētosa, ꝓpter sanguis euacuationem: et specialiter cum regimen habentiū hāc

complexionem: in reliquis non est equale. Hec fleubothomia fienda est in virtute: etate: et ceteris particularibus permittentibus: in tempore veris in principio vel in fine. In principio vbi dubitam⁹ de egritudinibus ex sanguinis multitudine vt plurimum contingentibus: nam hoc tempus morbo assimilatur ex repletione. In fine cum dubitamus de egritudinib⁊ ex sanguinis acuitate vt plurimū contingentibus. Et ex hoc concludit᷑ fleubothomiā in veris pncipio fiendā esse maiorem et in fine minorem. De venis fleubothomandis ⁊ de qualitatis et quantitatis sanguinis cognitione: ⁊ de considerationibus circa fleubothomiam obseruādis transeo: quia per dei gratiā de hoc fiet vnum capitulum speciale. Non solum hec complexio indiget fleubothomia: sed etiam farmacia: non ad sanguinis euacuationem: sad mundificationem ⁊ euentationē. Medicine ad hoc conuenientes sunt leues ⁊ bendicte: puta agaricus qui est medicina familiaris: turbith: cartamus vt testatur auerrois. Posuerūt medici experti multas medicinas sanguinis mundificatiuas: puta cassiafistulaz: pruna: mānam: tamarindū: violas: serum caprinū: boraginem: mirabolanos: ⁊ multa similia que ī tabulis salernitanis est videre. Omēs em̄ medicine sanguinem mundificantes vel sunt euacuantes fleuma quod est sanguis coctus imperfecte vel indigestus: vel melancoliā ex sanguinis grossiori per viā ebulitiōis generatā: vel colerā ex subtiliori sanguinis per viam ebulitionis generatam. Nam cuz sanguis ebullit quod subtile est ipsius ꝯuertit᷑ ad colerā innaturalē que oīno a corpore euacuāda ē: ⁊ qđ grossius est in melancoliā cōuertit᷑ innaturalē. Et simili᷑ cū sanguis digeri non possit cōuertit᷑ in quoddā fleuma qđ nō est natum nutrire corpus. Unde medicine euacuantes hos humores pdictos: sāguis mūdificatiē ab autorib⁊ noiant᷑. Nō em̄ debem⁹ vti medicina euacuante sanguinem in sua puritate. Unde si non peccet sanguis in qualitate ⁊ substātia sed soluz in quantitate nō ē adhibenda farmacia. Unde haly refert ꝙ galien⁹ ordinauit hoiez interfici qui inuenit medicinā sanguinis euacuatiuā oculis cooptis ne candē medicinā alium docere posset. Unde omnino inartificiale est medicinam sanguinis purgatiuā exhibere nisi modo pdicto. Non sic est de humorib⁊ alijs a sanguine: quia stātes in sua puritate ꝗ ad substātiā ⁊ q̄litatē: peccātes tn̄ in quātitate debēt p medicinā farmacā euacuari eisdē approp̄atā. Ex hijs ptz ī ꝗ differūt medicīe sanguis mūdificatiue a medicinis euacuatiuis ceteroꝝ hūoꝝ. Nā medicine euacuatiue alioꝝ hūoꝝ a sanguīe respiciūt hūores illos vt distictos a sāguīe peccātes ī q̄litate q̄ntitate vł suba: ſʒ medicīe mūdificatīe sanguis respiciunt eosdē ⁊ sanguinē vt deficiētes a sanguīs pfectiōe vł ꝑpt diminutionē caloris vt in fleumate: vł ꝑpter excessum non vltimatū caloris vt in colera: vel propter excessum vltimatum caloris vt in melancolia.

Nō etiā multū a ꝟitate remotū est ꝙ aliq̄ melācolie spēs ex sanguine
generetur a frigido cuiꝰ melācolie medicina euacuatiua etiā vocabit̄
sanguis mūdificatiua. Differūt ꝓterea medicie mūdificātes sangui
neꝫ a medicis euacuatiuis alioꝝ hūoꝝ a sanguie i h̄ ꝙ medicine san-
guinē mūdificātes sūt benigniores ꝛ minꝰ ꝑiculose: vnde sūt q̄si q̄dā
medicie bn̄dicte: sꝫ sic nō ē de medicis euacuatiuis alioꝝ hūoꝝ a san-
guie vt a sanguie distiguūt̄. Vn̄ in tabulis illoꝝ de salerno vbi ponūt̄
medicie sanguis mūdificatiue solū ponūt̄ leues ꝛ bn̄dicte cuiusmodi
sūt medicine sup̄ius noiate q̄rū q̄dā mūdificāt sanguinē fleumaticuꝫ
q̄dā colericū q̄dā melācolicū. Medicine aūt euacuātes alios hu-
mores distinctos a sanguie sūt fortiores ꝛ magis ꝑiculose: qđ eo ꝯti-
git q: tales hūores sūt minꝰ nature obediētes: q̄nto em̄ aliq̄s humor
magis distat a sanguie tāto magꝭ ē nature īimicꝰ siq̄dē sanguis natu
re ē familiaris amicꝰ. Dicamꝰ igit̄ ꝙ talis cōplexio calida ꝛ hūida in-
diget medicina sanguis mūdificatiua: sꝫ de mō exhibitiōis taliū me
dicinaꝝ ꝛ siliū trāseo q: de istis fiet vnū capl'm. Hec cōplexio ꝯsue
uit mltiplicare sup̄fluitates ꝛ specialit̄ tertie digestiōis: q̄ꝓpt̄ eā ha
bētes īdigēt exercitio veloci ꝛ forti ad p̄dictaꝝ sup̄fluitatū expulsionē
ex q̄bꝫ posset opilatio generari ꝛ ꝑ ꝯsequēs putrefactio in corꝑibꝫ ꝓue
nire. Regulas in exercitio obseruādas inferiꝰ ponā i vno caplo spāli.
Eadē rōne indigēt fricatiōe mlta ꝛ forti ꝛ ꝙ balneent̄ stomacho ieiu-
no bis ter in ebdomada: vl' ad minꝰ sel'. Et oportꝫ stomachū hn̄tiū ta
lem ꝯplexionē ītueri. Nā si ipiꝰ ꝯplexio ad malū ꝟteret̄: hūores totiꝰ
corꝑis ad malū declinarēt. Nā error notabil' i p̄ma digestiōe nō corri
git̄ in scđa. Ampliꝰ q: hec ꝯplexio ē ꝑata putrefactiōi hūorū bonū ē
vt hijs vtat̄ q̄ putrefactiōi resistūt: cuiusmōi sūt frigida: sicca: nō visco
sa: nō p̄guia: nō dulcia: nō passibilia in substātia: nō ꝑticipātia cali-
ditate extranea: nō vaporosa cuiusmōi sūt fructꝰ vaporosi ꝛ spālit̄ vi
rides ꝛ recētes puta ficꝰ: vue: amigdala: ꝛ silia. Silit̄ lacticinia ꝛ spā
lit̄ recētia ꝛ vina dulcia ꝛ carnes hūide ꝛ calide: ꝛ vnctuose puta car-
nes mutonine: ꝛ idē intelligat̄ i alijs. Talis ꝯplexio minꝰ ledit̄ a ieiu
nio vn̄ forsan suffic̄ hn̄tibꝫ hāc ꝯplexionē comedere i tribꝫ diebꝫ q̄ter.
Hec cōplexio in actibꝫ coitꝰ sufficiētior ē alijs ꝛ minꝰ ledit̄ a coitu.
Regule in vsu coitꝰ inferiꝰ dicent̄. Hec cōplexio minꝰ ledit̄ a vigilia
inter oēs ꝯplexiōes ꝛ plus a somno grauat̄ ꝛ ḡ plus alijs dꝫ vigilare
ꝛ minꝰ dormire. Plus aūt ꝯuenit ei irasci ꝛ minꝰ gaudere: silit̄ trista-
ri q̄ꝫ alijs cōplexiōibꝫ. Nō ꝯuēit ei vti cibis plurimi nutrimēti sꝫ pau
ci ꝛ boni. Et de h̄ inferiꝰ appebit i spāli caplo. Hec ꝯplexio ꝯsueuit
in reumate abūdare: vn̄ bonū est materiā reumatis interdū ꝑ sternu
tationē ꝛ interdū ꝑ gargarismata ꝯueniētia euacuare p̄cedētibꝫ pur-
gationibꝫ vniuersalibꝫ. Mastix ꝛ saxifraga sunt appropriata multuꝫ
in reumatis mūdificatione gargarizādo vel masticādo vel sternutā-

do. Hec etiam complexio satis parata est opilationibus venarum. Absti neant ergo habentes hanc complexionem a cibarijs et potibus opilati ones inducentibus: et vniuersaliter ab omnibus a quibus opilatio po test prouenire. Unde vitare debent cibaria dulcia vnctuosa grossa et etiam potus turbidos grossos et dulces: debent etiam vitare balnea post cibum et exercitium forte et coire et multum bibere: sunt enim cau sativa descensus cibi a stomacho ante perfectam eius digestionem: et ideo talis cibus veniens ad venas causabit opilationes in eisdem. Hec sufficiant de illa complexione.

De complexione Colerica.

c Onsequenter dicemus de complexione calida et sicca. Haben tes enim hanc complexionem parati sunt cadere in febres in flammatiuas et specialiter in temporibus calidis: vnde lau do quod temporibus calidis vtantur oxizacra simplici cum syrupo vio larum vel nenufaris. Et rationabile est vt predicti syrupi aromatizen tur cum aliquantulo spice vel cinamomi: quia predicti syrupi aliqua liter stomachum debilitant. Amplius aqua hordei in temporibus ca lidis est conueniens eis. Laudo quod predicti syrupi recipiantur cum de coctione quorundam seminum deopilatiuorum cuiusmodi est semen melonum cucurbite citrulli scariole apij. Et quia hec complexio solet in colera abundare: et specialiter temporibus calidis indiget euacuanti bus coleram cuiusmodi est reubarbarum scamonea correcta: mira bolani citrini: cassiafistula: thamarindi et similia. Huiusmodi com plexionis regimen dicitur esse declinans ad frigida et humida: quia parata est cadere in egritudines colericas calidas et siccas. Est autem complexio hec ad senectutem parata ratione siccitatis: quapropter in diget humectantibus et senectuti resistentibus: cuiusmodi sunt cibi laudabiles gallinarum: pullorum: et gallorum iuuenum: et extremita tes porcorum et carnes vitulorum: et omnia laudabilia odorifera non fumosa nec acuta sufficienter subtilia. Et omnium velocis et subiti nutrimenti est vinum. Balneum aque dulcis est ei conueniens: simi liter somnus et fugere vigilias et labores inordinatos mentis et cor poris. Unde hec complexio minus indiget exercitijs fortibus et plus leditur a ieiunijs. Unde habentes hanc complexionem cibandi sunt bis in die naturali: nec debent cibi eorum esse valde subtiles et passibi les nec dulces. Nam tales cibi cum percutiuntur a calore forte in cole ram conuertuntur: sed debent esse cibi eorum fortioris digestionis. Hec complexio leditur a coitu inordinato: et est minus indigens: quamuis propter caliditatem magis ad ipsum sit inclinata. Hec etiam comple xio minus indiget fleubotomia: et speciali propter euacuationem: tamen be ne indiget propter sanguinis euentationem.

De complexione Fleumatica.

Onsequenter dicamus regimen cõplexionis frigide ꝛ humide.
c Regimē habētiū hāc cõplexionē debet esse declinās ad calidū
ꝛ siccū: cuiusmōi ē panis triticeꝰ bñ fermētatꝰ cū aliq̄ salis q̄n-
titate. Et si addatr semē anisi: feniculi: ꝛ cimini erit panis magꝫ appro
priatꝰ. Carnes volatiliū puoꝝ: pdicū: turturū ꝛ columbaꝝ iuuenū ꝛ
puoꝝ vituloꝝ sūt ꝯueniētes eis. Carnes aūt porcine et vituline non
cõueniūt eis. Carnes galloꝝ iuuenū eis sūt cõueniētes: ꝛ oēs carnes
facilis digestiōis ad calidū ꝛ siccū declinātes: ꝛ spālitr tpe frigido. Pi
sces ꝛ spālitr aq̄ꝝ dulciū maxie īimicantr eis. Vñ pisces marini sūt mi-
nus nociui eis: ꝛ laudo q̄ decoquātr ī vino cū semibꝫ calidis diureticꝭ
Et intr alios pisces approbo ostreas ꝛ molas ī dicta ꝯplexiōe. Hec ma
xime indiget exercitio ꝛ minꝰ leditr a ieiunio: vñ suffic̄ in die semel co-
medere. Nec debēt eius cibi esse fortis digestionis: nec sit potus eius
aqua vl' ceruisia sed vinū forte: odoriferū in substantia ꝛ actiōe subti
le. Hec cõplexio parum flenbothomia indiget: sed magis indiget far
macia fleumatis euacuatiua: ꝯsueuit em̄ hec ꝯplexio fleuma multipli
care ꝛ spālitr in hyeme. Vñ circa pncipiū veris bonū ē purgare fleuma
Primo ḡ digeratr cū oximelle simplici vel diuretico vl' squillitico vel
cū decoctione ysopi: deinde purgetr cū dyaturbith vel cuꝫ decoctione
pollipodij ꝛ mirabolanoꝝ kebulorū ꝛ semis cartami in q̄ tpentr tur-
bith: agaricꝰ ꝛ zinziber. Hec cõplexio minꝰ leditr a coitu: qꝛ ī eo satis ē
potēs q̄uis parū appetat ꝓpter defectū calidi: vñ totalis dimissio coi-
tus in ea multū nociua est. Stupha est cõueniētior huic cõplexiōi q̄ꝫ
balneū aq̄ dulcis: balnea tñ aq̄ sulphuree artificialia vl' naturalia sūt
ei cõuenientia. Sic etiā in hac cõplexione cõuenit vigilia ꝛ somnus
superfluus et p̄cipue diurnus maxime nocet.

De Melancolica complexione.

Omplexio frigida ꝛ sicca ceteris ē deterior ꝛ ad senectutē pati
c or: indiget ḡ regimine calefaciēte ꝛ humectāte ī cibis ꝛ potibꝫ
ꝛ alijs. Panis igitr habētiū hāc cõplexionē sit triticeꝰ sine sale
cū pua quātitate fermēti: ꝛ sit panis satis mollis. Carnes coruꝫ sint
calide et hūide: cuiusmodi sunt carnes castrati ꝛ caponū antiquoꝝ ꝛ
inuenū. Vinū etiam odoriferum et subtile est de hijs q̄ maxime cõue-
niūt huic cõplexioni. Indiget etiā fricatione tpata et exercitio tpato
ꝛ balneo aque dulcis. Hec ꝯplexio indiget longo somno. Coitus est
maxime huic complexioni nociuus: qꝛ coitꝰ infrigidat ꝛ desiccat et si
militer tristicia ꝛ ira. Hec cõplexio qꝛ sicca indiget inter refectiones
tpe breui: vñ ieiuniū nocet ei. Nō indiget cibis fortis digestionis: q̄a
calidum innatū est debile: quare etiam non potest sustinere multā ci-
bi quātitatē: vnde minꝰ de cibo sufficit ei q̄ꝫ alijs cõplexiōibꝰ: sed de-
bet ad minus cibari bis in die. Fleubothomia in hac cõplexione no-
cet sed cõuenit farmacia melācolie euacuatiua. Medicie aūt ad hoc

valentes sunt mirabolani: indi: polipodij: lapis lazuli: folliculi sene: flores vtriusqꝫ bugglosse: et multa similia. Debet autē precedere digestiuū humoris melancolici: vt borago: bugglossa: thim⁹: epithimus: scolopendria maior ꝛ minor: cappares: thamarisc⁹: psidia: vinū odoriferū: lupulus: cuscuta: et similia. Fiat hec purgatio in principio veris vel in fine estatis. Hec sufficiāt de regimine totalis lapsus a vero temperamento iusticiali. Quid autē sit de regimine lapsus ī singulis membris apparebit inferius.

Ca. V. de regulis sumptis ab habitudine.

Non eodē regimine indigent pingues naturaliter pl⁹ q̄ requirat humane cōplexionis tēporamentū ꝛ naturaliter macilenti. Sunt eni quidā qui ex totali cōplexiōe et cōpositiōe sunt macilenti magis q̄ requirat habitudinis tēporamentum ī humana specie quod tam ex siccitate cōplexionis q̄ ex caliditate membrorum tertie digestionis: ꝛ similiter alioꝝ mēbroꝝ ꝯtingere ꝯsueuit. Potest p̄terea talis macies ꝓuenire ex debilitate mēbroruꝫ tertie digestiōis: siue ex pte ꝯpositiōis siue ex pte ꝯplexiōis: rōne cui⁹ debilitatis: vl' mēbra nō attrahūt alimētū: vel alimētū tractū nō pn̄t digere: ꝛ sic mēbra extenuank. Quibusdā hoib⁹ ꝯtingit q eoꝝ mēbra fortia sūt ī attrahēdo: ꝛ tn̄ nō ipinguāk sꝫ manēt nakalik macilēta qd est ex caloris fortitudie resoluēts: ꝛ ex ꝟtut ꝯūsiue mēbroꝝ debilitate ꝛ ex inabilitate restauratiōis mēbroꝝ. Sūt em̄ forte mēbra inabilia vt a cibo restaurenk ꝓꝑ eoꝝ duriciē: ꝛ siccitatē vt ī mēbris melā colici est videre: vel ꝓꝑ forte ꝯsūptionē: vt in colericis in qb⁹ calidū ē acutū et ꝯsūptiuū: vn̄ qd deberet vel posset in mēbra ꝯuerti a forti calore ad ꝯūsionē ꝯsumik. Ex dictis hri pōt q sūt cause supflue pinguedis. Naꝫ q² oppositoꝝ nakalik opposite sūt cause: hūiditas mēbroꝝ cū caliditate obtusa: ꝛ ꝯūsiue fortitudo ꝛ digestiue mēbroꝝ ꝛ abilitas restaurationis ex pte mollicici ꝛ raritatis sūt cause pinguedis nakalis siue mkte carnositatis. Differūt aūt carnositas ꝛ pinguedo: eo q pinguedo ē a frigido ꝛ hūido: nec arguit fortitudinē ꝯūsiue sꝫ solū digestiue p̄me ꝛ scde. Carnositas aūt arguit caliditatē ꝛ hūiditatē ꝛ sanguis multitudinē: ꝛ digestiue mēbroꝝ interiorū ꝛ exterioꝝ bonitatē ꝛ conuersiue: similik et restaurationē eorūdē: vnde carnositas min⁹ vitupabilis ē q̄ pinguedo.

De impinguando macrum.

Si ergo aliquis homo naturaliter sit extenuatus per carnis et pinguedinis priuationem: debet vti calefacientibus ꝛ humectantibus ꝛ cibis multi nutrimēti: facilis digestionis et ꝯuersionis: et dꝫ ꝯfortare mēbra tertie digestiōis ꝛ ea p̄parare vt alimētuꝫ meli⁹ attrahāt ꝛ digerāt: retineant ꝛ ꝯuertāt: ꝛ debet vti hijs q̄ siccitati resistūt et resolutiōi cū magna cā extenuatiōis sit resolutio fortis.

Conueniens est ei qui vult pinguedinem sui corporis seruare: absti-nere a salsis: acutis: acetosis z pungitiuis: nisi forte vtatur hijs loco saporis vt melioraretur appetitus. Unde triticum coctum: oua sor-bilia: apultes sorbiles de farina frumenti: siliter triticum nutritũ cũ lacte. Lac: caseus recens: amigdala: fistici: pince: auellane: vue: galli-ne: pulli colũbarũ pinguium assatarum vel pastillatarũ: similiter bo-nũm vinum: leticijs vti z gaudijs: parum vti minutione z purgatio-ne: balneare post cibum completa prima digestione: paruz famescere: multum comedere: parum bibere z specialiter vina fortia: paruz ira-sci: sollicitari aut tristari aut coire: exercitiuz temperatũ: fricatio tem-perata: z omnia dulcia z vnctuosa corpus impinguant. Si quis cu-pit mẽbrorũ tertie digestionis virtutem attractiuam z digestiuã con-fortare: oportunũ est ante introitum balnei membra primo moderа-te fricare: deinde fortius: postea pice emplastrari: deinde moderate ex-ercitari: z vltimo absqz tarditate balneari: deinde siccis manibꝫ exic-cari: postea inungi pauco oleo or.uarũ camomillino vel anetino: de-inde cibari cibo cõuenienti. Et si etas cõsuetudo z complexio permit-tant fundat super membra sua frigidã aquam in exitu balnei. Finis autẽ fricationis que ante emplastruz premittitꝫ est vt inflatio non in-cipiat consumi. Amplius bene scias ꝙ verberare corpora cum virgu-lis quousqz rubeant eorum carnes caloreꝫ ipsorum confortat a dat-trahendum z digerendũ et ad perfectius conuertenduz nutrimentũ attractum. Et laudamus vt virgule inunganꝫ oleo oliuaꝝ. Nunc ponatur vnum antidotũ bonũ ad illos qui volunt impinguari. Su-mantur amigdale excorticate et auellane: semen papaueris albi: gra-num viride ex quo fit terebentina: z exoluanꝫ oĩa in butyro vaccino z zuccara: de quo mane z sero parũ comedaꝫ z supbibaꝫ vinuz bonum. Hec sufficiant de impinguãdo macrum.

De macrefaciendo pinguem.

Ex predictis satis haberi potest quale debet esse regimẽ pin-guium excessiue. Comedant namqz cibaria pauci nutrimenti et magne quantitatis z citi descensus: z frequenter balneenꝫ anteqꝫ comedant: et frequenter z festinũ sit eis exercitium: et inungã-tur oleis resoluentibus: et vtantur trifera minori z electuario de lac-ca z interdum tyriaca. Dimittant carnes z vinum et lac z omnia dul-cia. Plurimũ vtantur oleribus: salsis: acutis: acetosis: et larga ven-tris solutione vtantur: vrinam et sudorem prouocent: z labore mul-to et veloci vtantur anteqꝫ comedant: et famem tolerent. Amplius di-sponant se ad comedendum semel in die: et diu vigilent z vinum bi-bant vetus z subtile z ad vltimum vtantur regimine contrario ei qđ diximus in hoc capitulo. De hijs autem que macrescere faciũt sunt diacuminum dyatreon pipereon. Comedant autem predicta electua

ria ieiuno stomacho fame instante: ⁊ post eorum acceptionē tamdiu fameant q̄ eorū appetitus deprimatur et aliqualiter extinguatur. Et vt sit ad vnū dicere famē pati ⁊ sitim in balneo aereo sudare ⁊ medicinas maciē faciētes assumere: parū dormire ⁊ in lecto duro ⁊ multum coire ⁊ morari sub sole ⁊ in māsionib⁹ calidis corp⁹ pingue macrescere faciūt. Medicamen corp⁹ macrescere faciens ⁊ desiccās. Recipe trifere minoris drag. iij. pulueris pigre: turbith electi añ. drag. iij. misceant̄ ⁊ sumat̄ quaqꝫ die p̄ dosi ei⁹ medietas: vl' de tertio in tertiū. Ampli⁹ euacuationes ⁊ vomit⁹ nō eq̄les macrescere faciūt sꝫ eq̄les impiguant. Et illud qđ plurimū extenuat est alteratio cōplexiōis ad ꝯtrarium cōplexiōis faciētis pinguedinē. Verbi grā: si est caliditas frigefactio: ⁊ si frig⁹ calefactio. Et est notandū q̄ maciē faciētia sūt diuretica secessiua: sudorē ꝓuocātia: resoluētia ⁊ desiccātia: ⁊ vniūsalr̄ impediētia motū alimēti ad mēbra ⁊ morā eiusdē in mēbris extenuant corp⁹. Vñ olera ⁊ alia stupefaciētia ⁊ infrigidātia sunt corp⁹ extenuātia: eo q̄ attractiua mēbrorū debilitant̄: q2 attractio fit a calido. Ex dictis sufficiēter haberi pōt quō mēbrū particulare extenuatū sit impinguandū ⁊ pingue extenuandū. Impinguādū ē ex pte attractiōis nutrimēti ꝯuenientis ad ipm ⁊ retētiōis ei⁹ sup ipm: ⁊ ꝯuersiōis ei⁹ ad naturā ipsi⁹. Et hec opatiōes cōplent̄ p fricationē ⁊ rubificationē cū medicis rubificātib⁹: ⁊ cū fricatiōe q̄ ē fortior: ⁊ cū effusiōe aq̄ calide ⁊ vltio cū linitiōe picis sic supi⁹ dictū ē: vl' cū appositione alicui⁹ hn̄tis v̄tutē picis cuiusmōi sūt vermes rubei vocati sanguisuge terrestres. Interdū aūt indigem⁹ ope cyrurgico: ⁊ spālr̄ i naso: labio ⁊ aure ad incisionē carnis indurate a calore ipediēte mēbrū augeri ⁊ ipinguari. Si aūt velim⁹ aliqđ mēbrū pingui⁹ q̄ꝫ oportet extenuare iuuat ad h̄ ipm facere qescere cū frigore suo ⁊ ligare vias cibi ad ipm ⁊ strigere cū ligamēto ⁊ attrahē cibū ad oppositū ei⁹. Et de epithimatib⁹ q̄ ꝓhibēt testiculū aut mamillā ipiguari siue augmētari ē vt sumat̄ chimolea ⁊ cerusa plūbi ⁊ misceat̄ cū expssione iusqami albi ⁊ oleo myrtino ⁊ administret̄ inunctio: ⁊ assiduet̄ epithimatio ei⁹ cū fricatiōe lapidis in q̄ flebothomatores acuunt sua ferramēta cū vn⁹ sup aliū fricat̄ cū aceto: vel cū succo iusquiani albi. Ampli⁹ epithimatio fiat cū aq̄ aluminosa aceto ⁊ farina fabaꝝ ⁊ coriādro ⁊ sifib⁹ trib⁹ dieb⁹ cōtinuis: deinde emplestret̄ mamilla cū cepe lilij trib⁹ alijs dieb⁹ ⁊ fiat hoc in mense tribus vicibus. Et hec sufficiant.

Capl'm. VI de regul' sūptis a diuersitate mēbroꝝ

t Ota regio corpis hūani i q̄ttuor ptib⁹ a sapiētib⁹ ē diuisa: q̄rū pma est regio v̄tutū aīaliū: puta cerebrū ⁊ mēbra adiacentia. Scđa ē regio v̄tutꝭ vital': vt puta cor ⁊ pulmo. Tertia ē v̄tutꝭ naturalis: puta stomach⁹: splen: epar ⁊ intestina. Quarta est v̄tutꝭ generatiue: puta testiculi ⁊ mēbrū virile ī viris: ⁊ matrix ⁊ collū matricis in

mulierib9. Et q2 hec mēbra sūt diūsa℞ ꝯplexionū: cōpositionū ꝛ opa-
tionū vtiq3 indigēt diuerso regimine. Et incipiem9 primo a capite et
dicem9 de ꝯseruatiōe cutis capitis ꝛ capillo℞ū in ea situato℞: deinde
dicem9 de cerebro ꝛ alijs mēbris sibi adiacētib9: deinde de nutritiuis
ꝛ vltimo de generatiuis. Et vlteri9 nos addem9 regimen mēbro℞ ex-
teriorū toti9 corpis ꝛ cutis: oīm musculo℞ū siue toti9 corporis pre-
ter capitis de qua primitus faciemus mentionē.

De conseruatione Cutis capitis ꝛ capillorū.

q Uod cutē capitis ab vlcere ꝛ scabie pseruat ē si cū balneari vo-
lueris pmū ipm cū melle iunxeris: ꝛ idē facit sapo pcipue i hy-
eme si eā pdicto mō vnxeris. Nec aliq mō lotio capitis est
negligēda qn fiat ad min9 bis in mēse vel in duob9 mēsib9 ter: deinde
effunde aquā mediocriter calidā sup caput: ꝛ pluries anteq3 a vapore
calido balnei calefiat. Et h est qd quidā sapiēs cuidam regi precepit.
Cū balneari volueris pmo infūde septico aquā calidā sup tuū caput
et sic dolorē capitis nō timebis. Pectines qlibet die caput ex pectine
eburneo: ꝛ sepe: qm poros apit ꝛ vapores ad supiora euapare fac. Et
si capilli debiles fuerit ꝛ exiles lauent cū lixiuio ex cinerib9 oliua℞ facto
ꝛ sit lixiuiū ex aq decoctiōis capillo℞ū veneris: ꝛ edere arboree ꝛ terre
stris. Ampli9 fricare radices capillo℞ cū oleo anetino: masticino et
oliua℞ eos mltiplicat ꝛ ꝯfuat ꝛ caniciē retardat. Ampius puluis la-
zuli mirabilē h3 ꝓprietatē in ꝯfuādo palpebrarū pilos. Ampli9 deco-
ctio bleta℞ in vino ꝯfuat pilos barbe: et spālit si lotio fiat post rasurā
imo lotio ex vino simplici aliqd valet. Ampli9 frequēs barbe ablu
tio cū aq frigida ei9 canitiē retardat ꝛ ꝓhibet depilationē. Et i h oēs
antiq ꝯcordati sunt: ꝙ mirabolani kebuli ꝯditi canitiē retardāt ꝛ ca
pillo℞ colorē ꝛ spālit nigrū ꝯseruāt: ꝛ h plurimū expertū est.

De Cerebro.

s Anitas cerebri ꝯseruat cū fumigatiōib9 ꝛ odoramēt3 specierū
aromaticarū: cuiusmōi sūt lignū aloes ꝛ ambra et herbe odo
rifere: puta maiorana: balsamita: balsamū: viola sarracenica
ꝛ silia. Hec em cerebrū ꝯfortāt ꝛ reuma ꝓhibēt: ꝛ dolorē emigraneu3
curāt: et hec spālit cōpetūt in hyeme: s3 in estate fiāt suffumigationes
ex odoriferis reb9 frigidis: puta ex rosis sandalis ꝛ silib9. Et in via ci-
bi cōpetūt pulli ꝛ agni iuuenes decocti modica aq. Cōseruāt em cere
bri sanitatē ꝛ augēt ipi9 vtutē. Et sicut dic aristoteles comedere puos
pullos augmētat ꝛ ꝯfortat cerebrū: ꝛ ei9 sensus ꝯseruat: sed comedere
grossos pullos siue gallos ꝯfortat cerebrū et acuit visum ꝛ pcipue ce-
rebrū gallo℞ veterū siue turturū mirabilit acuit intellectū. Preterea
suffumiget caput sup fumū aq decoctiōis camomille: sticados ꝛ men
tastri. Ampli9 sternutatiōes in ieiuno facte cerebrū purgāt: ꝛ hebe-
tudinē sensuū remouēt. Nā vt dic magn9 auēzoar sternutatiōes deo-

pilant cerebrũ et ingrossant collum: mundificãt faciẽ: confortãt sen/ sus: caniciem retardant: et dissoluũt fumositates inclusas in cerebro. Non est ergo sternutatio negligẽda. In hyeme prouocetur a calidis: et in estate a frigidis vel temperatis. Potest etiam sternutatio prouo cari aspectũ radiorũ solis. De rebus maxime conferentib9 cerebro sunt: thus: acorus: spica: sticados: maiorana: mirabolani: et specialiť lebuli et similia multa que in areolis medicinarũ facile est inuenire. Quod aũt maxime nocet cerebro est indigestio et digestiõis corruptio Hec eñ radix est oĩm egritudinũ. Que aũt plus intellectũ purificãt: sunt gaudium cordis: leticia et tranquillitas. Dicit enim quidam sa/ piens q gaudium et leticia deseruiunt intellectui.

De Oculis.

Sanitas oculorum cõseruatur si quis abstineat a cena noctur na et ne statim dormiat stomacho pleno. Consequẽter vti puluere cuius recepta sequitur. Recipe seminis feniculi par/ tem vnam eufrasie minoris: partem semis maiorane: sileris monta/ ni añ. partem vnam: zuccari albi partem vnam et semis fiat puluis. Usus istius pulueris omnibus modis visum conseruat et confortat Amplius suffumigare oculos supra fumum aque calide decoctionis feniculi oculos mũdificat a viscositate grossa. Et potest illa decoctio fieri ex vino albo et aqua: et potest addi in illa decoctione eufrasia: ru/ ta: verbena: et celidonia: et hoc multũ sepe per me expertũ est. Aspect9 viridium visum confortat: et inter album et nigrum colorũ: ita q sit color ad membrum declinans: quanto enim color magis a me/ dio distat tanto magis debilitat siue minus confortat visum. Ampli us si intueatur aqua frida in pelui coloris viridis: et in eadem oculi submergantur continue paruo temporis interuallo organum oculo rum fortificat: et conseruat ipsis existentibus sub latitudine sanita/ tis. Non loquimur eñ in hoc opere de regimine egrorum sed sanorũ. Usus turturum et auium paruarum visum confortat: et similiter feniculus quocunq; modo sumatur. Utamur ergo crudo et cocto.

Nihil adeo visui nocet sicut somnus cum stomachi repletione: et specialiter diurnus. Et idem intelligatur de coitu. Amplius omnia genera acuminum: sicut allea: cepe: et similia visum debilitãt. Et sili/ ter nasturciũ: lactuca: acetũ: caules: et omnia vaporosa: et specialiť se ro visum debilitant et offuscant. Et verisimiliter suspecti de oculo/ rum infirmitate seu debilitate abstineant a salsis: vaporosis: aceto/ sis: acutis pungitiuis. Caueant etiam a frigore: puluere: et fumo: et specialiter carbonum precipue marinorum et metallorũ et argẽti viui Et similiť a vento. Et oportet vt minoreť aspect9 in litteris minutis nisi interdũ ad exercitium oculorũ. Amplius fletus: vomit9: balneũ: nocẽt oculis. Napi siue rape mirabilẽ hñt ꝓprietatẽ i cõfortãdo visũ.

Amplius vsus mirabolanoꝝ̃ conditoꝝ̃ summe visum conseruat et fortificat. Super omnia ꝓcuretur lenitio ventris. Hec enim maxi/me visum confortat ⁊ conseruat. De lenitione ventris inferius appa=rebit in capitulo de farmacia siue ventris lenitione. Quod purissime visū ꝯseruat ⁊ oculos corroborat ⁊ a grossa viscositate mūdificat est linire palpebras oculoꝝ cū licio distēperato cū aqua feniculi.

De Auribus.

Icunt quidam ꝙ acetum forte tepidum guttatim in ieiuno
d auribus instillatum plus ceteris medicaminibus auditui cō=
fert: quia auditus instrumentū confortat ⁊ ꝓhibet fluxū reu
matis ne ad ipsum de cerebro descēdat. Et si sit in ipso aceto succ⁹ me
mithe ⁊ demū auribꝫ instilletᷣ tūc erit in operatione sua: tūc eñ opti=
me meatū mūdificat auriū a supfluitatibꝫ grossis ipm opilātibꝫ q̄ in=
terdū auditū grauāt: ⁊ in auribꝫ diuersas egritudines generāt. Am/
plius oleū amigdalaꝝ amaraꝝ ⁊ nucleoꝝ ꝑsicoꝝ auribꝫ instillatū te/
pidū meat⁹ aperit ⁊ ꝯfortat: Sūmope cauendū est ab omni tumul
tu oīqꝫ strepitu molēdini vł aquaꝝ ab alto cadētiū: qm̃ adeo auditū
ledūt vt vix vox socij possit audiri. Et dicūt medici ꝙ illud quod pre
ceteris auditū conseruat ⁊ preseruat est suffumigare aurem supra fu/
mum aque calide. ⁊ si in ipsa bulierit absinthiū vel pulegiū vtile erit
Cauēdū est ꝑterea ne q̄s balneetᷣ in aqua lutosa ⁊ imūda ne aures in
grediens imundet ⁊ opilet.

De Odoratu.

Uod sanitatē odorat⁹ ꝯseruat est mūdificare nares studiose a
q grossa viscositate vt in ipis nihil de ipsa maneat. Nā hec ma
nēs ī naribꝫ fetorē generat ⁊ olfactū corrūpit. Caueat q̄s ab
oī fetore ⁊ marīe ī angustis ⁊ ꝓfundis habitaculis opacū ⁊ corruptū
aerē hñtibꝫ ī q̄bꝫ sol intrare nō pōt vt ipsos vapores corruptos ꝯsume
re possit ⁊ aerē ab ipsis mūdificare Nā ex corruptiōe aeris corrūpuntᷣ
spūs aīales. Et assuetus fetore adeo ledit ꝙ in fetoris absentia olfa/
ctus assueto fetore corrupt⁹ fetorē sentire nō cessat. Ideoqꝫ odorē reꝝ
redolētiū ex assuefactione mala nō pōt sentire. Nam necesse est ꝙ as/
suefaciat odorare redolentia: et specialiter per suffumigationē rerum
redolentiū aromaticarū: puta ligni aloes ambre et boni cinamomi ⁊
odoret specialiter mustū ad cōseruandū spm̃ aīalem.

De Ore.

S sanū conseruabitᷣ si ante comestionē ⁊ post cum aqua ca/
o lida abluatur: hoc enim mundificat ⁊ humiditates gingiua=
rū a capite descēdētes aufert ⁊ desiccat. Et dixerūt q̄dā sa=
piētū ꝙ dētifriciū fcm̃ cū puluere gariofiloꝝ nucꝫ muscate ⁊ spicenar
di q̄libet die in ieiuno fetorē oris remouet. Si dissoluatᷣ aliquātulū
masticis ī oleo rosato: ⁊ inungatᷣ pallatū cōfortat ⁊ conseruat ipsum.

Caput leporis cōbustū puluerisatū valet ꝯ cācrū gingiuarū ꝛ palati.

De Lingua.

l Ingue sanitas cōseruat cū ablutione facta in ieiunio ꝛ cū mellis fricatione ꝛ zinziberis puluere. Hec em̄ linguā attenuant ꝛ ei⁹ grauitatē remouēt. Ampli⁹ aues parue in assatura vł pastillatura vł frixatura valēt in grauedine lingue. Nuces lingue inimicant vnde ab eis est abstinendū in sanitatis lingue cōseruatione. Caules cōpetunt in lingue grauedīe comesti ꝛ masticati: vnde infantum accelerāt locutionē ꝛ ambulationē. Cōfortāt em̄ musculos ꝛ articulos. Ampli⁹ tenere in ore species aromaticas ꝛ specialit in ieiuno: puta gariofolos: cubebas linguā a grauedine liberat ꝛ ad loquendum facilitatē dat ꝛ ei⁹ sanitatē ꝯseruat. Hec sufficiant de regimine sanitatis totius capitis.

De Mery ꝛ canna Pulmonis.

c Osequent dicam⁹ de regimie sanitatis mery ꝛ cāne pulmōis Dicam⁹ ꝗ ꝙ mery ꝛ cāna pulmonis ꝯseruant cū potu brodij pinguiū gallinarū ꝛ carniū semiannualis agni cū dulcib⁹ rebus coctarū ꝛ specialit cū liquiricia. Et si cū p̄dictis carnib⁹ caulium sūmitates decoquant erit laudabilis pot⁹. Potus vini dulcis valet ad idē. Ossa mollia castratorū iuuenū mltū cōpetunt in ꝯseruatione mery ꝛ canne pulmonis leniēdo: ꝯfortādo: mollificādo ꝛ meat⁹ pectoris elargādo. Nō comedat quis ossa puarꝫ auiū: pullorꝫ: pardicū: pisciū spinosorū ꝛ similiū. Nō comedat carnes grossas que vix digeri possunt. Abstineat a salsis acetosis ꝛ oleo aquatico. Naz hec oīa ledunt cannā ꝛ mery. Amplius oua mollia cōpetūt in cōseruatione dictarū partiuz. Amplius liquiricia comesta ꝛ ei⁹ decoctio gargarisata ꝛ potata valēt ad idē. Qui patit casum vuule seu elōgationē p̄cauere debet a vomitu ꝛ specialit in ieiuno. Ampli⁹ ꝗ desiderat ꝯseruationem dictorū mēbrorum caueat a potib⁹ frigidis actuali frigiditate: ꝛ specialit aq̄ frigide. Ex h̄ em̄ potu habētes talia mēbra debilia īcurrere possent spasmū mery ꝛ p ꝯsequēs mortē ex defectu alimēti attracti. Nā mery mortificatū a frigido potu nequit eē mediū attrahēdi siue trāsglutiēdi. Hoc em̄ mō galie. vnū ex infirmis sinochū vel causonē patientē ex potu aque frigide morti tradidit: qꝛ ipse nō preuidit eius mery debilitatē ꝛ cōplexionis eius frigiditatem.

De pulmone.

d E ꝯseruātib⁹ ꝛ ꝯfortātib⁹ pulmonē sciēdū ꝙ cicera in alba zuccara fracta mundata a cortice exteriori decocta cū lacte capno vł cū butyro recēti pulmonē nutriūt ꝛ ꝯfortāt. Ad idē valēt p̄ēidie ꝛ amigdale specialit amare a cortice exteriori mūdate. Ampli⁹ lac capnū stomacho ieiuno ad idē valet. Et silit cana mellis ꝛ passule

enucleate stomacho ieiuno. Salsa acetosa pungitia acuta ꝯriant pul
moni. Mirra sub lingua retēta pulmonē ꝯfortat si illō qd̄ ex ea liq̄fit
paulatiue traijciat. Ampli⁹ succ⁹ cauliū clarificat⁹ cū melle trāsglutit⁹
pulmonē ꝯfortat ꝛ ꝯseruat: ꝛ vocē clarificat. Ampli⁹ pince: amigdale
liq̄ricia multū mūdata iuuāt pulmonē ꝛ ei⁹ cānales ꝛ pect⁹. Ampli⁹
vinū nouū dulce coctū: ꝛ p̱ decoctionē a suba grossa depuratū pl⁹ ce-
teris ꝓdest pulmoni ꝛ ei⁹ cānalibꝫ: ꝛ supiori cāne añ cibū sūptū ꝛ post
cibū: Pulmo vulpis mirabilē hꝫ ꝓprietatē i pulmōis hoīs ꝯſuatione
ꝛ cōfortatiōe. Ad idē valēt cācri fluuiales ꝛ ostree terrestres ꝛ limatie
sunt optime s̄m ꝙ declaraui in quodam tractatu quem composui de
emoptoica passione et ptisi: si quis videre voluerit videat quia volo
me breuiter expedire.

De Corde.

c Onseq̄nt̄ dicam⁹ de cordis p̄seruatiōe ꝛ ꝯfortatiōe. Et ē sciēdū
ꝙ sūmope fugiēda sūt ad irā ꝓuocātia ꝛ āgustiā: q2 sic testat̄ sa
piēs q̄dā cor duos hꝫ nociuos hostes .s. desp̱ationē ꝛ tristiciā.
Et desperatiōe ꝓueīt torpor ꝛ pigricia. Ex tristicia ṽo senectutꝫ festi-
natio. Hec ḡ duo genera multū cordi nocēt: sꝫ tristicie nocumētū ma
ius ē: q2 natalē calorē extīguit ꝛ spm̄ ꝓfundat ꝛ ꝯpositionē cordis dis
soluit ꝛ tādē interficit. Habēs ḡ irā ꝛ tristiciā eas a corde suo expellat ꝛ
leticie: gaudio: paci: exercitio delectabili ꝛ venatiōi cum auibꝫ vena-
toꝝ intēdat. Nā hec gaudiū leticiā ꝛ audaciā generāt ꝛ aīm ꝯfortāt.
Uti cibis subtilibꝫ puta carnibꝫ polloꝝ: colūbaꝝ: galliaꝝ: p̱dicū: tur-
turū: agnoꝝ: capreoloꝝ: ꝛ ceterꝫ cibis subtilē sanguinē generātibꝫ cō-
uenit i cordis ꝯſuatiōe. Ampli⁹ euitādus ē aer fetid⁹ nebulosus im-
pur⁹. Nō em̄ pōt spūs vitalis ꝯſuari nisi cū attractiōe bōi aerꝫ ꝛ bōi
odoris: ꝛ ex h̄ etiā cor ꝯseruat̄. Uinū bonū subtile odoriferꝝ ē ꝺ marie
ꝯfortātibꝫ cor. Nihil repit̄ qd̄ adeo ꝯfortet cor ꝛ spm̄ ꝛ calorē natalē ꝛ
euigilet sic bonū vinū odoriferū vet⁹ moderate sūptū in estate medio
criter limphatū: vinū em̄ sanguinē mūdificat: ꝛ eius tenebrositatē re-
mouet p̄cipue si cū sonis ꝛ melodijs sumat̄. Mlt̄ū etiā iuuat sedere ī
locꝫ amenis vt viridarijs ꝛ p̄tis scꝫ vbi sūt herbe odorē delectabilē ꝓ-
ducētes. Et in orto vbi sūt cursus aq̄ꝝ ab alto cadētiū ad ima suauit̄
et sine mag̊ strepitu. Strepit⁹ em̄ ledit aīm ꝛ auditū. Et dicūt sapiē
tes ꝙ audire īstrumēta musicalia expellit ab aīo strepitū ꝛ a corde tri
sticiā ꝛ stuporē. Sꝫ nota ꝙ dilect⁹ soci⁹ ꝛ amic⁹ bon⁹ ꝛ solatiosus nar
ratiōibꝫ et instrumētoꝝ delectatiōibꝫ supplet melodiā. Et vt sit vnū di
cere ṽtus cordis ꝯseruat̄ subtilibꝫ cibis ꝛ ꝯueniētibꝫ: odore laudabili
tranq̄llitate: gaudio ꝛ dimissiōe coꝝ q̄ tristari faciūt: ꝛ renouatiōe re-
rū delectabiliū: puta vestiū ꝛ filiū ꝛ habitatiōe cū dilectꝫ. Et nota ꝙ
syrupus ꝯposit⁹ ex succo buglosse vtriusq3 ꝛ seta cruda sūme cor ꝯfor
tat. Nā hec supra simplicia vł ꝯposita ꝯfortāt cor. Et ē notādū diligē

ter q eorum q confortant cor: qdam sunt temperata vt iacinctus: aurum: argentum: buglossa. Alia sunt calida sicut duronicum: zedoar: muscus: ambra et seta cruda: et ambo ben: crocus. Et gariofoli sunt mirabiles et lignum aloes crudum: et mellissa et seme eius et cardomomum: cubebe: smaragdus et enula et mirabolani. Alia sunt frigida puta margarita: carabe: camphora: corallus: sandali: et rosa et spodium et lutum sigillatum. Et ex eis e coriandrum siccum et humidum: sed vsum coriandri inhibeo nisi an preparetur mo psue to q2 aliter habet natura veneni. Amplius scias q oua gallinarum mirabiliter confortant cor: generant enim sanguinem cordi proportionalem: vnde mirabiliter competunt in cordis seruatione et habentibus cor debile naturaliter.

De Stomacho.

E sanitate stomachi totius corporis sanitas noscitur dispensari. Nam stomachus se habet in aialibus sicut radix in arboribus. Sicut enim a radice venit alimentum ad totam plantam: vnde si radix non nutriatur tota planta arescit: et si nutrimentum non sit conueniens planta non diu durat: sic etiam si stomachus non nutriatur et cibus in stomacho non digeratur totum corpus arescit: et similiter si digestio corrumpatur in stomacho membra cetera non nutriuntur. Error enim notabilis factus in prima digestione non corrigitur in scda nec in tertia: et sic alimentum est ineptum ad hoc vt conuertatur in nutritum et per consequens deficit vita. Et cum vita per alimentum consistat multum sollicitari debemus in custodienda stomachi sanitate. Ad custodiendam igitur stomachi sanitatem iubet quidam sapientum semel in mense vomitum prouocare cum aqua calida et aliquantulo aceti. Hoc enim mundificat stomachum a superfluitatibus cibi et potus et humoribus malis. Amplius comedere vuas passas in ieiuno cum granis suis stomachum confortat et rectificat eius malam complexionem. Absinthium et spica nardi in potu eum confortant et sanum eum conseruant. Emplastrum ex mastice et ligno aloes confortat stomachum et eius malam complexionem rectificat. Amplius potus absinthij soluit stomachi duriciem et expellit ab ipso grossos fumos. Et volens conseruare stomachum vtatur cibo facto ex auibus sicut pardicibus: turturibus iuuenibus in aqua coctis. Caueat ne comedendo aquam frigidam bibat nisi forte in fine comestionis si fuerit ea assuetus et aliter non et parum bibat ex ea. Amplius syrupus rosatus aromatizatus cum ligno aloes stomacho prodest et sanitatem eius conseruat. Dicit aristoteles q sumere in ieiuno drag. iij. electuarij de ligno aloes et reubarbaro confortat calorem stomachi et adiuuat digestionem: et eius orificium a fleumate mundificat: procurat appetitum et ventositatem remouet. Et similiter aqua rosarum cum mastice et carnibus citoniorum rectificat stomachum. Amplius inunctio stomachi ex oleo de mastice digestionem eius et complexionem rectificat. Amplius multum approbo vsum

coriādri ꝯditi in cuius ꝯdimēto addat̃ ligni aloes drag. ß. gariofiloꝝ
spice nardi sādali muscatelli an̄. drag. semis cinamomi electi: melano
pipis an̄. drag. j. ⁊ semis fiat puluis. Fiant ergo .iij. libre coriandri
conditi ⁊ addat̃ predictus puluis. Amplius euitent̃ genera fructu
um scilicet poma: pira: mespila: auellane: grana pini: ⁊ euitent̃ omnia
lacticinia ⁊ medulle ⁊ cerebella ⁊ maxime quadrupedū. Et vniuersa-
liter omnia interiora magnorū animaliū quadrupedū: vti tamē pos-
sunt cerebella gallorū ⁊ gallinarū ⁊ ceterarū auium preterq̄ȝ auiū de-
gentium in ripis aquarū. Pellicula interior stomachi gallinarū mi-
rabilem ꝓprietatē habet ī stomachi hoīs ꝯseruatione. Et scias ꝙ om-
nes medicine ⁊ omnia facientia abominationē stomacho inimicant̃
Amplius retētio fecū ⁊ ventositatū est de hijs que debilitāt stoma
chum. Et coitus immoderatus maxime debilitat stomachum. Su-
specti igit̃ de stomachi debilitate ⁊ passionib⁹ eius cōtineant. Am-
plius vigilia īmoderate summe debilitat stomachum ⁊ etiā dimissio
exercitij. Et vomitus laboriosus debilitat stomachū īmo ipsi⁹ conti-
nuatio mortē inducit. Et hoc vidi per experientiā: attamē vomit⁹ nō
laboriosus est innatiuus ⁊ laudabilis ex parte purgatiōis. Ampli-
us ex debilitantib⁹ stomachū sunt ceruisia ⁊ vinuȝ nouū nō defecatū
Et similit̃ potus inter duas comestiones digestione stomachi adhuc
nō cōpleta stomachū debilitat. Amplius scias ꝙ mētis curiositas
⁊ ingenij sollicitudo sunt de hijs que maxime stomachū debilitant.
Sūme vitāda est repletio nauseatiua ⁊ multiplicatio ferculorū et
eoꝝ interruptio ⁊ silit̃ eoꝝ difformitas ⁊ mense ꝓlōgatio ⁊ mala ma
sticatio ⁊ potus multiplicatio. Hec em̄ oīa digestionē corrūpūt ⁊ sto
machū debilitant. Hec sufficiāt de cōseruatione sanitatis stomachi.

De Epate.

c Onsequēter dicamus de sanitatis epatis cōseruatione. Dica-
mus ergo ꝙ decoctio reubarbari: reupontici: absinthij: eupato-
rij rose ⁊ lacce administrata in ieiuno cōfortat epar debilita-
tum. Et similit̃ electuariū de lacca rosis. Et similiter comestio carniū
subtiliū laudabiliū puta perdicū iuuenū ⁊ similiū cū ciceribus decocta
rum vel assatarū nō ad carbones sed cū aqua calida: hec em̄ melior ē
assatura. Nā illa q̄ fit ad carbones nō euadit ab adustione vl̃ siccitate
nimia nisi custodiat̃ diligenter. Sed assatura q̄ super aquā fit calida
equalit̃ ⁊ vniformit̃ fit: ⁊ ab adustione securat̃. Vue passe ⁊ ficus albe
epar magnificāt. Nā qm̄ epar in dulcib⁹ delectat̃ ideo facilius ea appe
tit ⁊ auidi⁹. Et huius ꝓbatio est cōsequēter si anser vel gallina ficub⁹
sit impinguata carnes eoꝝ pingues erunt ⁊ humide ⁊ delectabiles et
ius eoꝝ delectabilissimū. Ficus vero ⁊ vue passe si cōmedant̃ in ieiu
no epar deopilāt ⁊ cōfortāt ⁊ ei⁹ cōplexionē rectificāt. Et similit̃ pul-
li parui in modica aqua decocti in cibo sumpti epar cōseruāt ⁊ cōfor-

sant. Amplius notandū ꝙ vsus maloꝝ granatoꝝ dulciū ⁊ vuarū
passarū magnificat epar ⁊ intantū eius malā cōplexionē rectificat ꝙ
comedentē ridere facit. Uinū etiā subtile in substātia moderate sum
ptū epar calefacit ⁊ deopilat ⁊ cōfortat ⁊ cōseruat: ⁊ eius sanitas to-
tum corpus in sanitate conseruat. Amplius scire debes ꝙ intromit
tere cibū sup cibū scȝ indigestū ⁊ error ordinis eius ē ex rebus magis no
ciuis nō solū epati sed etiā stomacho. Et siliter potare subito aquā
frigidā i ieiuno ⁊ pꝰ balneū coitū et exercitiū qñq; pducit ad ifrigida
tionem vehementē epatis ⁊ ydropisim. Et si aqua frigida qs indigue
rit ꝓpter epatis inflāmatōem nō recipiat eā solā sed cū aliqͣtulo vini
vt nō infrigidet vehemēter. Nec traijciat impetu ore ⁊ trāsglutiēdo sed
paulatim sugendo. Amplius scias ꝙ oīa viscosa epati nocēt ex pte
qua faciūt accidere opilationē. Et ex coꝝ sūma est frumentū nō omne
sed glutinosum. Et supposito ꝙ bene digerat in epate causabit in mē
bris sequentibus opilationē. Et siliter vinū dulce opilat epar ⁊ deopi-
lat pulmonē. Huius aūt causa est qꝛ vinū dulce nō gradatim veit ad
epar: ex eo ꝙ epar multū diligit ipm quia dulce ⁊ ꝓpter facilē eius pe-
netrationem quia potus et quia calidum quare non moratur ea qn-
titate qua separetur fex ab eo immo peruenit ad epar cum grossitudi-
ne sua. Inuenit eñ vias scilicet meseraicas paratas: sunt eñ ample
et vene in epatis substantia sunt valde stricte. Cū ḡ ad epar peruenit
nō morat qͣtitate qua digerat imo expellit subtile in venas strictas
velocitate sue penetratiōis et remanet sedimen ꝓpter viaꝝ cōstrictio
nē. Sed in pulmone ꝯtrariū euenit. Nā ad pulmonē venit vinū dul
ce cū iam colatū est a via meatuū mery ꝑ viā resolutiōis ex meatibus
strictis ad amplos. Aut ex via cōcaue cū iam dimisit feceȝ. Et vadit
adhuc illuc cum sit colatum ⁊ transit ex meatibus strictis ad amplos
quare colat vice alia. Et bene scias ꝙ medicine in qbus est amaritu-
do qua fiat apertio: ⁊ stipticitas quedā qua fiat confortatio: ⁊ odor cō
ueniēs substantie spūs ꝓhibens a putrefactiōe: sunt inquantū hmōi
medicine epati cōuenientes: ⁊ hmōi sunt cinamomū sticados: absin
tiū: mirra: spica: crocus: ⁊ similia. Scias ꝙ auellane conuenientes
sunt epati omni qm̄ nō sunt vehemēt calliditatis ⁊ sunt aptiue ⁊ eaꝝ
chymus ē bonus. Et epar lupi ⁊ carnes limatiarū ꝯueniētes sūt epati cū
ꝓprietate que est in eis. Et similiter species endiuie ⁊ specialiter illa in
qua est maior amaritudo. Epati eñ calido cōpetunt ratiōe ꝓprietatis
et deopilatōnis ⁊ amaritudinis ⁊ alicuius stipticitatis. Si igit epar
sit calidū species endiuie administrent cū melle vt earū frigiditas tē
peretur. Et hec de epatis conseruatione.

De Splene

Onsequēter de splene dicendū est. Nam splen est instrumen-
tū ridendi. Habentes eñ splenē bene dispositū ⁊ fortē ad mū

dificandū sanguinē grossum et turbidū exquo corpus nō pōt bñ nutriri naturaliter sunt leti ꝛ sine tristicia. Et ꝑ oppositū splene existēte debili sanguis grossus ꝛ turbidus manet in venis ꝛ mouet̄ ad cor ꝛ ad cetera mēbra corꝑis ꝛ iō reddit hoiem tristē et melancolicū. Bene ergo solicitari debemus de sanitatis ipius ꝯseruatiōe. Confortet̄ em̄ corpus splenis cū cibis bene nutrientibꝫ et deopilantibꝫ cuiusmodi sunt gallina cocta cū modico brodio: ꝛ carnes pulline ꝛ eduline cum modico aceto cōdite: ꝛ lac nouiter mulsum cū modica zuccara ꝛ eligat̄ lac capraꝝ ꝛ camelinū. Hec em̄ splenis opilationē apiunt et eius sanitatē custodiūt. Et vinū rubeū in cōmestiōe sumat̄. Et gn̄alit̄ omne qꝺ impinguat ꝓdest spleni: oīe em̄ tale restringit splenē ꝛ ipsum tꝑate diminuit. Paruitas splenis significat bonā cōplexionē corꝑis et eius grossicies cōtrariū. Absinthiū etiā in potu cū melle sumptuꝫ ꝓdest spleni ꝛ eius cōplexionem rectificat. Et dicūt medici ꝙ bibere aquā vel vinū que diu steterint ī vase tamarisci cōfortat et conseruat splenē. Caueat q̇s a grossis ꝛ stipticis fructibus: cuiusmodi sūt pira: mespila: sorba: coctana et silia: qm̄ orificia splenis cōstringūt ꝛ articulos debilitant. Caueat sil'r a grossis carnibus puta bouinis caprinis ceruinis ꝛ porcellinis. Et ab om̄i legumie ꝛ oī qꝺ fit de lacte: puta caseo ꝛ lacte acetoso. Hec em̄ oīa epar et splenē ledūt ꝛ colerā nigrā generāt. Et vtat̄ vino albo vel citrino qꝺ splenē attenuat ꝛ opilationeꝫ aꝑit et eiꝰ grossiciē subtiliat. Et dicūt quidā empericorū ꝙ sanitateꝫ splenis cōseruat: vt qñ ire velis sinistrū pedē añ dextrū moueas ꝛ hoc in ascendēdo ꝛ descendēdo seruet̄. Hec sufficiāt de splene

De Intestinis

Icamꝰ quō intestina in sanitate cōseruant̄: qꝺ fit cū a fecibus
d in eis cōtentis mundant̄: ꝛ sil'r cū ab humore viscoso q̇ in eis
multiplicari cōsueuit: vel ex regimīs malicia vel ex debilitate mundant̄: nam hic hūor interdū impedit exitū fecū naturalē. Mūdant̄ g̃ ītestina a fecibꝫ ꝛ hūore viscoso cū potu aque mellis in ieiuno et cū cōmestiōe ficuū siccaꝝ pinguiū in ieiuno: vel cū potu aque decoctionis carū. Et ad idem valet ꝓdiū pingue agni annualis decocti cū bletis. Et ad idē valet brodiuꝫ galli antiq̇ decocti cū polipodio et aniso. Ampliꝰ scias ꝙ vue passe nō enucleate in ieiuno comeste pre ceteris intestina ꝯfortant. Ampliꝰ dicūt quidā ꝙ risum decoctū in recenti lacte comestū intestina cōfortat et nutrit. Volens aūt sanitatem suoꝝ intestinoꝝ cōseruare caueat ab omni cibo acetoso acuto grosso et viscoso. Abstineat a pane azimo ꝛ a carnibꝫ animaliū magnorū domesticoꝝ ꝛ siluestriū: bouꝫ: vacarū: lepoꝝ ꝛ porcoꝝ domesticoꝝ: anseꝝ: anatū domesticoꝝ et siluestriū ꝛ ab iterioribꝫ aīaliū Et a piscibꝫ paruis recentibꝫ et salitis. Caueat et ab assatis ex piscibꝫ ꝛ carnibus. Abstineat a caulibus: rapis: pomis: piris; mespilis: sorbis: ꝛ si

milib⁹. Ampli⁹ abstineat ab omibus generib⁹ oleꝝ p̄terquā a ruta bleta: feniculo: petrosilino ꝛ similib⁹ calidis sicut mēta ꝛ eruca nā in aliis ab istis est inflatio. Ampli⁹ abstineat a generib⁹ lactis ꝛ eoꝝ que sunt de lacte. Cucurbita ꝛ cucumeres ꝛ citonia inimicanꝭ intestinis. Ampli⁹ nuces amigdale humide ꝛ fabe spēaliter hūide ꝛ vl'r legumia spēaliter hūida nocēt habentib⁹ intestina debilia. Ampli⁹ mora celsi multū nocēt intestinis ꝛ sil'r granata accetosa. Suspecti ergo de egritudinib⁹ intestinorum abstineāt a p̄dictis. Et sciāt ꝙ ventositatū retētio multū debilitat intestina ꝛ qn̄qꝫ p̄ducit ad hydropisim et ḡnat tenebrositatē visus ꝛ epilentiā et vertiginē. Ampli⁹ exercitiū post cibū imediate ꝛ sil'r pot⁹ aq̄ frigide ꝛ vinū plimū p⁹ cibū imediate nocēt viscerib⁹ nocumēto mirabili: ꝛ sil'r coit⁹ imoderat⁹ spēaliter sup cibū multū debilitat intestina. Dixerūt sapientes ꝙ alleū coctū cū carnib⁹ pinguib⁹ edi mitigat intestina ꝛ impetuosaꝫ eoꝝ remouet ventositatē ꝛ inflationē ꝯsumit. Comedere etiam alea cruda sicut faciunt gallici dolorē intestinoꝝ curat ꝛ grossam repellit ventositatē et ideo alleū d'r tyriaca rusticoꝝ.

De Renibus

Uod p̄ceteris cōseruat renes et ꝯfortat qn̄ debiles sunt in propria opatiōe puta ad attrahendū ꝓpriā aq̄sitatē vrinalē sanguinis dicitur spinargia cū carnibus arietis decocta ꝛ comesta. Ad idē valent vue passe bene enucleate. Renes em̄ nutriunt ꝛ feculentiam vrine mundificāt Semia melonū post potū comesta cū zuccara idem opanꝭ. Et sil'r pulpa melonū cū zuccara comesta ad idē valet. Amplius farina ordei cū lacte p̄parata renes impinguat ꝛ eoꝝ sanitatē cōseruat. Ampli⁹ ad idē valent pince ꝛ amigdale cū penidiis comeste. Omnes fructus frigide nocent ꝛ sil'r accetū ꝛ carnes grosse sicut caprine bouine ꝛ lac acetosuꝫ. Et oēs herbe frigide multū nocent renib⁹: sed rapa ꝓdest aliquantulū. Et scias ꝙ lacti oīno inest ꝓprietas mirabilis in cōfortatione renum ꝛ comedere renes cū aliquibus aliis impīguat renes ꝛ cōfortat. Lac etiā camelinū comestū renes cōfortat aggregat ꝛ cōsolidat. Ampli⁹ vinū passulatū aliq̄ntulū ponticū renes confortat. Et coitus imoderat⁹ ꝛ balneū imoderatū: ꝛ odire trāq̄llitatē et quietē: ꝛ multū vti cibis diureticis ꝛ potibus renes debilitāt ꝛ rarificant ꝛ calorem eorū innatū exalant.

De Vesica

Cias ꝙ electuaria calida puta dyagalanga dyatriōpiperō et similia cōfortant vesicā. Pot⁹ aque frigide in ieiuno vesicā debilitat. Etiā sepe comedere vix p̄fuat vesicā ab egritudīe. Amplius panis tritici preparat⁹ cum butiro vel cū melle magnam habet ꝓprietatē in ꝯfuādo vesicā Ampli⁹ trag. semis de ligno aloes q̄lib; die in potu sūpta valꝫ contra frigiditatē vesice ꝛ eaꝫ confortat Nihil

adeo ledit vesicā sicut lōga vrine retentio vltra volūtatē mingendi.
Ampli⁹ comedere carnes bouinas ꝛ herbas frigidas: et cibaria fri
gida et aquā frigidam bibere in ieiuno ml'tas egritudīes generant in
vesica. Et sup̱ oīa vsus aceti ledit vesicā sicut dicit galienus.

De Ano

Nus est mēbꝝ de facili lesionē suscipiēs et cū suscepit difficul
a ter curaꝛ quare indiget bono regimīe cū cibis ꝛ aliȷs rebꝫ con
uenientibꝫ. Sanitatē igiꝛ ani custodire cupiēs nō sedeat diu
sup̱ terrā vel sup̱ frigidū actu. Ampli⁹ abstinere dꝫ a carnibꝫ boui
nis ꝛ vniuersaliter a carnibꝫ grossis siluestribꝫ ꝛ generantibꝫ coleram
Colera em̄ suo acumine ledit anū. Caueat ab omibus generibꝫ acru
minū Sedere em̄ aliqñ aliquādiu supra lapidē calidum in stupha
anū cōfortat. Nā sua ꝓpria caliditate actuali ꝯsumit humiditatē su
perfluā ani. Est em̄ an⁹ velut toti⁹ corpis emunctoriū: vñ ad ipm flu
unt multe hūiditates. Amplius cibi stiptici nō cōpetūt hñtibꝫ anū
debilē nec fructus frigidi. Vtanꝛ carnibꝫ arietis castrati iuuenis pin
tarem⁹ capiti dolorē nullo mō post lac bibat vinū nisi valde aquaticum. Qui aūt magis grauant et vsu lactis sunt habentes capita debilia et venas epatis strictas ꝛ stomachū debilē ꝛ immūdū. Usus cōtinu⁹ lactis serosi nō est periculosus omnibꝫ co vtētibus sicut lactis non serosi sed caseati plurimum. Nam lac caseatum plurimum ledit eos qui sunt dispositi ad lapidis generationem et venarum opilationem. Pectori autem est omne lac bonum et pulmoni. In quibus autem dubitatur fluxus ventris: abstineant a lacte seroso quia ventrē facile subducit. De lacte aūt coagulato siue ignito siue bullito ꝛ de cocto sciendum ꝙ lac bullitū et decoctum caret substantia serosa ꝛ ideo efficit difficilioris digestionis maioris opilationis et ventositatis et grossioris humoris nec tantū conuenit in regimine sanitatis sicut et cetera. Et similiter intelligitur de lacte decocto cum ferro ignito vel lapidibus ignitis nisi ꝙ lac isto modo decoctū acquirit quandā stipticitatem seu stipticam qualitatē ratione cui⁹ stomachū confortat et viscera: ꝛ magis ꝙ̄ aliter coctum vel nō coctum simpliciter. Unde nō ita cito corrumpit in stomacho. Et est cibus conueniens satis his aquorum stomachis cito descēdit cibus antequā digerat pfecte. Et qꝛ lac ventrem laxat ratiōe cuiusdam intrositatis in aquositate lactis qua totum lac participat et nō solum aqua ipius. Bonū est ꝙ cuꝫ lacte pmisceat aliq̄ aq̄ mixta simul cū lactis serositate per ignitionem vel ebullitionem totaliter cōsumat et sic preparatū lac erit vētris minime subductiuum. Lac autē coagulatum virtute coaguli distinguētis serum a caseo siue serositate sumptum est minus cōueniens ꝙ̄ lac simplex ꝑpter ipius grossiciem: nec est ita stomacho cōueniens et ceteris visceribus sicut lac p ferrum ignitum decoctum: sed si comedat serum simul cum caseo in lacte sic coagulato: quasi est eadem ratio de lacte simplici ꝛ coogulato nisi ꝙ ratiōe coaguli minus laxabit vētreꝫ et plus morabit ī stomacho et erit maioris caliditatis: et ratōe distinctionis partium lactis natura magis laborabit in digerendo. Unde omnib⁹ consideratis minus cōpetit in regimine sanitatis ꝙ̄ lac non coagulatum. Preter maneries lactis enumeratas est vna maneries lactis accetosi et est grossioris substantie: difficilioris digestionis: frigidioris complexionis alijs maneriebus lactis et minus conueniēs corporibus sanis et ad frigiditatem declinantibus: et specialiter fm ipsorū viscera non competit sed dentibus et gingiuis et capitibus sanorum corporum minus obest. Non em̄ sic capitis dolorem inducit nec gingiuas laxat nec dentes ad putrefactionem corrosiuam dispo nit: ratione tamē sue frigiditatis dentes ledit ꝛ neruos sicut alia frigida. Nam frigidum inimicum est neruis dentibus et ossibus: et specialiter si tota complexio corpis ad frigiditatem declinet et tempus et etas frigida fuerint: et eo magis si cerebrum ꝛ orta ab eo a radicali

Serum

cõpletione declinet ad frigidū. Et vt sit ad vnū dicere corpibus sanis
nõ cõpetit via cibi ⁊ minus corporibꝰ frigidis ⁊ specialiter tpe frigi=
do et etate senili. Corpibus tñ colericis ⁊ spẽalr̄ ẜm eorum viscera et
tpe et etate ⁊ regione calidis h̄ lac satis ē cõueniens ⁊ sufficienter dige
rit et cõueniẽter nutrit: nec in eorū stomachis accetosabit. Ampli
us nec in fumos colericos cõuertetur. Calidis igitur corporibus lac
accetosum non solum non obest sed sufficienter prodest. Sed habẽ
tes renes calidos et meatus strictos non debent hoc lacte vti. Nam
eius est causa generationis lapidis in talibꝰ corpibus et opilationis
venarum. Si autẽ habet meatos amplos specialit̃ ẜm renes et vesi
cā: improportionabiliter caliditati generatiõis lapidis periculum to
taliter est sublatum

De Caseo

E caseo vero ē sciendū q̄ caseus recens ē frigidus ⁊ humidus
et grosse substãtie ⁊ difficilis digestiõis ⁊ opilatiuꝰ et lapidis
generatiuꝰ ⁊ nõ multū cõpetit via cibi ĩ regimĩe sanitatis. Et
caseus vetꝰ ē calidꝰ ⁊ siccꝰ ꝓpter sal ⁊ tendit adustionẽ ⁊ difficile dige
rit. Parū nutrit et male et minus cõpetit q̄ recẽs. Et si aliquis caseꝰ
est bonꝰ: mediꝰ est inter nouū ⁊ veterẽ viscosum ⁊ frangibilem duru
et mollem et parū declinãs ad aliqualẽ dulcedinem nõ nimis salsus
nec minꝰ parum nec albi coloris nec spongiosus nec lachrymosus cū
inciditur: nec cedẽs tactui cõprimẽti ad modū panis bñ fermẽtati nõ
leuis sed põderosus: saporis delectabilis et bonis odoris: cuiꝰ in sto
macho mora nõ est diuturna: ex bono lacte cõueniẽter factus sufficiẽ
ter vnctuosus. Talis vtiq̄ caseus bonus est et inter alios magis ē eli
gẽdus: et post cibū sumptꝰ nõ multū nocere potest in regimĩe sanita
tis. Multa vero quãtitate quicūq̄ caseus sumptꝰ ĩ via cibi vniuer
saliter ē malus: stomachū grauans: et inobediens digestioni: et opila
tiuus et lapidis in renibus generatiuꝰ: et humorū grossorū in corpo
re causatiuus. Solus igitur ille caseus est sanus quem dat auara
manus.

De Butiro

E butiro aūt sciẽdū q̄ rõe sui hūiditatꝫ et vnctuositatꝫ plĩme
nõ ꝯpetit via cibi: imo si q̄s eo vtat̃ ĩ q̄tĩtate notabili aboĩatio
nẽ ĩducit et fac̃ cibū supnatare in orificio stomachi et vẽtrẽ plꝰ debito
laxat et vomitū ĩducit. Nullo g̃ mõ butirū ē comedẽdū via cibi et in
q̄titate notabili et spẽalr̄ nõ comedat̃ pꝰ alios cibos ſ; ad cõdimen
tū cibarioꝝ satis ꝯuenit sic̃ oleū oliuarū q̄uis butiꝝ sit calidiꝰ oleo
et multū humidiꝰ. Et qñ vtimur butiro ad comedẽdū cū alijs ciba
rijs siue ad condiendum non est tantū decoquendum sic̃ oleū. Nã est
maioris passibilitatis q̄ oleum. Unde magna ebullitione virtus eiꝰ
totaliter exalat: sed oleum est magis viscosum et minus resolubile:

z ideo pl⁹ sustinet de ignis acuitate: quapropt̄ ex eo perfecti⁹ cibaria cōdiuntur q̄ꝫ ex butiro: sed carentes oleo vtunt̄ butiro loco olei.

De Ouis.

De ouis est sciendū ꝙ oua gallinaꝝ et fasianoꝝ iuuenū z pinguiū sunt bona in sanitatis regimīe z aliꝭs ouis simpl'r meliora: supposito ꝙ sint recentia. Et inter oua recentia gallinaꝝ ceteris parib⁊ oua puula oblonga sunt meliora. Unde vsus. Filia p̄sbyteri iubet ꝑ lege teneri. Et bona sunt oua candida: longa: noua. Amplius oua tremula sunt meliora duris et sorbilib⁊: et talia oua sunt multi nutrimēti: z boni z facilis digestionis: z generant sanguinem maxime ꝓportionalē cordi. Unde cōualescētibus senibus z debilibus maxime cōueniūt specialiter vitellum. Et albumen oui non est malū: si nō sit induratū. Album tamē durū simpl'r est euitandū. Oua autē in cineribus indurata z frixa in patella quousq̄ꝫ sint indurata respectu tremuloꝝ: pessimū dant corpi nutrimentū: z sunt difficilioris digestionis z multarū sup̄fluitatū. Sorbilia aūt sunt facilis digestionis: z leniūt pulmonē: z pectus: z ventrē subducunt: z minus nutriunt q̄ꝫ tremula. Cocta aūt z indurata sunt difficilioris digestionis et mali nutrimēti: z tarde ptransiūt. Meliora aūt coctis z assatis sunt que vocant̄ suffocata: seu in aqua z oleo p̄parata cū aliqua portiōe salis vsq̄ꝫ ad aliqualē cōsistentiā decocta z nō indurata. Nam indurata sunt similia coctis z assatis. Sic igit̄ p̄parata nostris corpibus in regimīe sanitatis sunt magis cōuenietia. Oua anetū: anserū: struthionū: z alioꝝ volatiliū in regimīe sanitatis p̄dictis sunt minus ꝯuenientia: vel simpl'r euitāda. Ampli⁹ oua q̄ dicunt̄ oua venti: q̄ sunt sine coitu masculi minora sunt aliꝭs: et min⁹ cōuenietis saporis: q̄m̄ non cōpleta: nec ita digesta sicut alia. Unde puto ꝙ in regimīe sanitatis sunt minus cōuenientia.

De melle z zuccaro.

Quia in regimīe sanitatis vtūnur melle z zuccaro: ideo de istis duobus ꝯsequēter est aliquid dicendū: q̄ꝫtum sufficit ad regimen sanitatis. Sciendū igit̄ ꝙ paꝝ nutriūt: sed eoꝝ nutrimentū est satis laudabile. Et nutrimentū mellis calidi⁹ est nutrimēto zuccari: z senibus z fleumaticis z natura frigidis ꝯuenienti⁹. Corporibus aūt calidis natura z iuuenibus nō cōuenit mel. Nam in corporibus taliū in colerā rubeā faciliter cōuertet̄: et corpus nō nutriet: sed a sua cōplexiōe naturali distrahet. Zuccaꝝ etiā talib⁊ corpibus ratione sue passibilitatis in colerā ꝯuerti cōsueuit. Corpibus igit̄ in caliditate notabiliter lapsis nō ꝯpetit mel: nec corpibus etiā tempatis in etate: tēpore: z regione calidis: q̄uis zuccarū possit talibus corporibus aliq̄n cōuenire. Colericis tamē iuuenibus et in estate non cōpe

tit: sed in aliis ꝯpetit: puta fleumaticis: ⁊ melancolicis: et sanguineis: ⁊ tempatis: in qbus nō est tante caliditatis dñiū ꝙ zuccarū in eis ad colerā cōuertat. Eligat aūt mel vernale: saporis dulcis: coloris palearum inter albū ⁊ rubeū: substātie nō liquide: sed viscose: et sit mel roris qd est melle apum tempatius. Hoc tamē mel apud nos non colligitur nec inuenit: sed in partibus meridiei valde calidis: ⁊ specialiter in monte pessulano. Multū etiam cōsideranda est natura arborum: sup quibus inuenit mel roris. Nam fm ꝙ arbores sunt alterius ⁊ alterius nature: sic ⁊ mel. Si em̄ inueniat mel super arboribus calidis erit calidius: et si sup tempatis vel frigidis: erit minus calidū. Et silr intelligat de melle apū. Multū em̄ cōsideranda sunt loca habitationis apū: ⁊ ex quo rore: ⁊ sup qua specie floris vel arboris nutriunt Est aūt quoddā genus mellis qd est acre: cui⁹ natura est venenosa: qd est simpliciter euitandū. Mel coctū cum aq̄ vel sine aqua ⁊ despumatū: plus nutrit ⁊ min⁹ subducit: ⁊ est minus ventosū. Et si qs assiduet mellis crudi comestionē: inducit vomitū. Mel aūt cū aqua coctū est magis vrine ꝓuocatiuū q̄ȝ decoctū sine aqua.

Caplm. XX. De saporibus ⁊ cōdimentis.

Consequēter est dicendū de cōdimētis ⁊ saporibus. Ea em̄ ex quibus cibaria cōdiunt: sunt in sanitatis regimīe non modicum vtilia: tum qȝ p ꝯdimēta gustui efficiunt delectabiliora: ⁊ p ꝯsequēs digestibiliora. Nā qd est delectabilius: est ad digestionē melius: tum qȝ p ꝯdimēta addit bonitas: ⁊ corrigit malicia. Ea autē ex qbus cibaria cōiter cōdiunt: sunt sal: oleū: sagimē: ⁊ butyrū. Experiētia em̄ docet ꝙ comestibilia que comedunt sine sale sunt ori insipida: ⁊ stomacho min⁹ acceptabilia. Sal igit comestibili addit bonitatē saporis: ⁊ maliciā existentē in comestibilib⁹ ab humiditate quadā indigesta ⁊ aquosa aufert. Et sic pfecti⁹ cū sale digerunt et decoquūtur q̄ȝ sine sale. Salis em̄ ꝓprietas ē hūiditatē extraneā desiccare: et deinde fortius qd manet cōstringere ⁊ adequare. Et ex dictis pōt elici sufficienter q̄ cibaria in eoꝝ cōdimēto indigēt pluri sale: ⁊ q̄ paucioꝛi. Naȝ cibaria supfluica: ⁊ hūida: et cuȝ hoc grossa indigent pluri sale. Cibaria aūt sicca nō supfluica subtilia: indigēt in eoꝝ cōdimētis minimo sale: ⁊ intermedia eoꝝ indigēt mediocri sale. Ex dictis igit elici pōt que carnes sunt cōuentiores saliture: ⁊ q̄ min⁹. Et silr de piscib⁹. Nā carnes mīme apte saliture: sunt carnes subtiles sicce: nō supfluice: vt carnes volatiliū laudabiliū: puta gallinaꝝ: ⁊ pdicū: ⁊ fasianoꝝ: ⁊ allaudoꝝ: et cuniculoꝝ: ⁊ lepoꝝ iuuenū: ⁊ similiū. Et ꝑ oppositū carnes supfluice ⁊ hūide saliture sunt maxime ꝯuenientes: puta carnes porcine. Carnes aūt bouine nō sunt ita ꝯuenietes saliture. Nam dato ꝙ sunt grosse ⁊ supfluice: non tamē sunt humide: sed sicce. Et silr intelligat de piscibus. Nam pisces habētes carnes subtiles nō supfluicas: nul-

lo modo coueniūt saliture. Et specialiť si sint parui: sicut sunt pisces
petrosi: sicut parca: ⁊ vendosia: ⁊ siľes pisces. Pisces aūt bestiales ha
bentes carnē durā ⁊ supfluicā ⁊ cū hoc humidā sunt saliture maxime
couenietes: sicut patz de porco marino: ⁊ balena. Nam salsi nō salsis
ꝑualent: dū salitura nō sit longi tempis. Sic igiť ptz ꝙ salis cōdimē
tum in sanitatis regimie est necessariū. Ampliꝰ in defectu carniuz
ad cōdimentū olerū ⁊ leguminū nō sufficit sal ⁊ aqua: sed indigemus
oleo ⁊ butyro vel sagimie. Nam qꝛ legumia ⁊ olera sunt nature melā
colice ⁊ terrestris: bonū est ea ꝯdiri cū aliquo vnctuoso eoꝝ terrestrei
tatē obtēperāte: ex quo etiā sapoꝛ eoꝝ efficiť delectabilioꝛ et suauioꝛ:
⁊ ꝑ cōsequēs ad digerendū ⁊ nutriendū melioꝛa. Oleū autē oliuaꝝ
inter olea ex quibus cibaria cōdiunť est dulcius: tempatius: et natu//
re amicabilius. Oleū autem nucū multū est calidū ⁊ siccum: et simili
ter oleū lini: nec eoꝛū sapoꝛ est sic nature amicabilis. Oleū autem pa//
paueris quo vtunť aliqui ē boni sapoꝛis ⁊ odoꝛis: sed declinat ad fri//
giditatem. Unde sic nō competit in regimie sanoꝝ. Oleū autez amig
dalarū dulciū est satis laudabile: ⁊ ꝓpinquuz tempamēto. Et in defe
ctu olei interdū vtimur butyro: sicut sup̄ dictū est in capitulo de lacte
⁊ animaliū supfluitatibus. Sagimie autem ⁊ specialiter poꝛci inter//
dum vtimur ad condimentū cibarioꝝ: propter defectum ⁊ propť eas//
dem causas que supius dicte sunt. Sapoꝝ delectamēta ad volupta//
tem magis ꝙ̃ propter necessitatē a leccatoꝛibus fuerūt ꝑmitus adin//
uenta. Unde nō multuz sunt necessaria in sanitatis regimie: imo in//
terdū talium sapoꝛū delectamēta inferunt nocumēta. Nam propter
talium sapoꝛuz placentiam homo plus comedit ꝙ̃ natura requirat.
Unde homo existens sanus ⁊ in naturali dispositōe: tales sapoꝛes nō
appetit nec via cibi: nec via potus: sicut cōsideranti patet. Et si aliq̇s
sanus tales sapoꝛes appetat: hoc foꝛte est ex cōsuetudine. Et quia con
suetudinē iam inductam difficile: imo impossibile et dānosuz est subi
to permutare. Dandum est enim aliquid cōsuetudini. Ideo intendo
hic breuiter de sapoꝛibus pertrāsire. Primū autez q̇d in sapoꝛibus
oībus est obseruandū: supposita coꝛpoꝛū sanitate est ꝙ ex eis paruz
sumatur: ⁊ quāto sapoꝛ plus distat a tempamēto ⁊ a natura cibi ⁊ po
tus: tanto minus sumatur de eo: et quāto sapoꝛ est tempatioꝛ ⁊ natu
re cibi vel potus ꝓpinquioꝛ: tanto plus potest ex eo sumi. Amplius
cōsiderandū est ꝙ tempoꝛibus calidis sapoꝛes declinent ad frigus: vľ
ad calidū valde parū: ⁊ in tpe frigido ecōuerso. Materia igiť sapoꝛū
in estate sit veriutū: vel agresta de sūmitatibus vitis: vľ accetū: vľ suc
cus limonū: vel citranguloꝛū: vel granatoꝝ cum zuccari ⁊ aqua rosa
ta ⁊ amigdalis: ⁊ pānis assatꝰ infusus in aliq̇ supdictoꝝ: sine alleis et
speciebus calidis. Et interdū in sapoꝛibꝰ q̇ fiūt in estate pōt addi ali=
quātulū serpilli ⁊ petrosillini ad obtempanduz frigiditatē ꝑdictoꝛū.

Materie aūt sapoꝝ competentiū tēporibꝫ frididis: sunt sinapiū:eru
ca:zinziber:piper:cinamomū:gariofili:allea:saluia:menta:serpillū:ꝛ
petrosillinū:vinū:aqua carniū:acetū nō forte: sed ꝓpinquū nature vi
ni. Et in tēporibꝫ medio cribꝫ sunt sapores mediocres eligēdi. Am=
plius diuersificant sapores ratiōe cibarioꝝ ꝑ quibꝫ fiūt. Nam alia et
alia cibaria indigēt alio ꝛ alio sapore:sicut sciūt dñoꝝ coci. Castrato=
rum igit elixatoꝝ:ꝛ silr vituloꝝ ꝛ capreoloꝝ sapor cōueniens est sal=
sa viridis. In estate quidē aceto ꝛ agresta cū paucis speciebꝫ:sine alle=
is:puto cū petrosillino:zinzibere albo:ꝛ agresta:ꝛ aceto:ꝛ pane asse i=
fuso in aceto vel agresta. In hyeme fit eadē salsa cum pluribꝫ speciebꝫ
ꝛ pauco alleo:ꝛ optimo vino:ꝛ pauca agresta: vel pōt sufficere sinapi
um vel eruca. Sapor aūt carniū bouinarū ꝛ elixataꝝ est piper bul
litū qđ fit ex pipere:ꝛ pane asso:ꝛ aqua carniū:ꝛ pauca aqua in hyeme
Et in estate cū pipere pauco:ꝛ multa agresta. Et iste idē sapor est satis
cōueniēs carnibꝫ porcinis:ꝛ specialr in hyeme:et pōt sufficere sinapi=
um vel eruca. Sz qñ comedit eruca debet pistari cū amigdalis:ꝛ dis
tpari cū aceto in estate ꝛ hyeme cū optimo vino. Possunt etiā carnes
porcine frigide comedi ī estate cū aceto ꝛ petrisilino in ṗncipio refecti
onis. Si aūt ṗdicte carnes pascillent:ꝛ specialr porcine ꝛ bouine. In
hyeme quidē apponat cepe albū cum puluere specieꝝ forti:ꝛ cum agre
sta. Et in estate cum puluere specieꝝ dulci in pauca quātitate:sine ce=
pis:cū veriuto ꝛ caseo butiroso. Vel possunt apponi cepe ꝑue ꝛ in par
ua quātitate. Si aūt pastillatura fit ex carnibꝫ subtilioribꝫ:nō appo
nat cepe:sed in estate lac amigdalaꝝ cū agresta ꝛ pauco puluere:speci
erū dulci:ꝛ in fine pōt apponi ouū cōquassatū cum agresta:sed in hye
me loco agreste apponat vinū:ꝛ plus de speciebꝫ. Assature autē cu=
niculoꝝ ꝛ pulloꝝ iuuenū cōueniēs sapor est:salsa camelina in qua ba
sis est cinamomū:ꝛ panis mica:cū agresta quidē in estate:ꝛ cuꝫ vino
in hyeme. Assature porci sapor cōueniens est:liquor descendēs ꝯq̄ssa
tus cū optimo vino ꝛ cepis in hyeme:ꝛ in estate viridis salsa supiꝰ no
minata. Et pōt sufficere sinapiū in hyeme:vel eruca modo ṗdicto ṗ=
parata in estate. Assature aūt ꝑdicū:fasianoꝝ:ꝛ colūbaꝝ:ꝛ turturuꝫ
nullo alio sapore indigēt:nisi sale. Caponū autē ꝛ gallinaꝝ elixatarū
cōueniens est sapor aque decoctōis eoꝝ:cū aliquātulo puluere speci=
erū dulci:ꝛ ṗcipue si in ṗdicta decoctōe addat saluia:hysopꝰ:petrosi=
linū:ꝑ hoc in hyeme. Et in estate sufficit sola aqua cū aliquātulo cro=
ci:addito succo sūmitatū vitis. Sed caponū ꝛ gallinaꝝ pinguiū pa
stillatarū sapori nihil penitꝰ est apponendū:nisi aliquātulū pulueris
specierū:ꝛ in fine agresta supdicta in estate:ꝛ optimū vinū in hyeme.
Sapor eoꝝ cōueniēs in assatura in hyeme (alba alleata dicit) bulli=
ta:cuiꝰ cōpositiōem coci sciūt. Vel pōt sufficere vinū cū eis cōquassa=
tum cū aliquātulo pulueris specieꝝ laudabiliū:ꝛ specialr vinū dulce.

Sed in estate sit vinū debile vel agresta: ⁊ minus apponat̄ de puluere speciez. Assature anserū: ⁊ anatū: ⁊ similiū in aquis degentiū sapor est pipata nigra ⁊ bullita. In hyeme quidē sine aceto ⁊ agresta: ⁊ cuȝ vino. In estate cum vino ⁊ agresta ⁊ pauciori pipere q̄ȝ in hyeme.

De saporibus ⁊ cōdimentis piscium.

De piscibus auteȝ sciendū est general'r q' quāto sunt grossioris carnis: ⁊ difficillioris digestionis: ⁊ pluriū superfluitatū: ⁊ humidioris nature: tantū indigēt saporibus calidioribꝫ ⁊ acutioribus. Et hoc est verū nō solū in piscibus: sed in carnibꝫ. Unde sequit̄ q' pisces bestiales ⁊ special'r porcus marin⁹: siue assatus siue elixatus: indiget salsa fortiori ⁊ acutiori. Et huiusmodi sapor est pipata nigra bullita: ⁊ alleata alba bullita. Et quāto pisces marini ⁊ dulcis aque magis appropinquāt ad p̄dictos pisces: tāto magis indigent saporibus similibꝫ. Anguilla aūt: ⁊ murena: ⁊ lampreda requirūt p̄ sapore gelentinā ex fortibus speciebꝫ: cui⁹ cōpositiōeȝ nouerūt coci magnoꝝ dn̄oꝝ. Anguille aūt ⁊ murene interdū comedunt̄ in assatura: et tūc sapor cōueniens est salsa viridis cū fortibus speciebꝫ ⁊ vino in hyeme: ⁊ cū debilibus speciebꝫ: ⁊ agresta: ⁊ aceto in estate. Et simil'r intelligat̄ de congro. Sapor aūt salmonū elixatoꝝ est pipata nigra bullita. Fortis quidē in hyeme: ⁊ debilis in estate: sicut de porco marino supius dictū est. Merlengoꝝ elixatoꝝ: vl' assatoꝝ: vel frixoꝝ sapor est sinapiū dulce: vel eruca supius descripta. Rogatoꝝ ⁊ gornatoꝝ sapor cū elixant̄ est salsa camelina. In hyeme q̄dē acutior: ⁊ cū vino in estate q̄dē obtusis specieb⁹ ⁊ agresta. Assatoꝝ autē et frixoꝝ sapor est salsa viridis supius noīata. In hyeme quidē est acuta speciebꝫ ⁊ cū vino. In estate vō obtusa speciebꝫ: ⁊ cū agresta ⁊ aceto. Vel assatoꝝ salsa cōueniens ⁊ apud gallicos vsitata est vinū in quo distēpatū est ȝinziber albū: bullitū: ⁊ sup assaturā p̄iectū: ⁊ hoc in hyeme. Sed in estate fit idem cū agresta et pauco ȝinȝibere. Frixoruȝ piscium paruoꝝ aque dulcis sapor cōueniēs est salsa viridis. Sed elixatoꝝ in aq̄ sapor cōueniēs est sinapiū: vel eruca: vel cepe albuȝ decoctū cū eisdem. Lucius elixat⁹ vel barbellus sil'r p̄ salsa requirūt salsam viridē superi⁹ noīatā. Et sil'r si frixent̄ vel assent̄: vel vinū vel agresta in quibus distempatū sit ȝinȝiber albū bullitū: ⁊ sup assaturā p̄iectū. Cancrorum sapor est acetū simplex in estate: ⁊ in hyeme vinū vel acetū cū puluere quarūdā speciez. Ostrearū aūt sapor si frixent̄ est agresta simplex in estate: ⁊ cū puluere quarūdā speciez in hyeme. Potest etiaȝ ex eis fieri potagiū: vel ferculū croceū: vel albū cum amigdalis. Hec igitur sufficiant de saporibus.

Ca. XXI. De potib⁹ naturalib⁹ ⁊ artificialib⁹

Postq̄ȝ determinauim⁹ de cibis in speciali: ꝯsequēter est determinā-

dum de potibus. Sciendū igit͛ ꝙ quidam est potus qui est medici na pure: quidā est pot⁹ pure: ⁊ quidā est potus ⁊ medicina simul. Potus quidē pure medicina est. sicut sirupus digestiu⁹ vel laxatiu⁹: vl' nectar seu claretū ex forti vino ⁊ speciebus: qđ datur in fine cibi ad cōfortandum virtutē digestiuā in stomacho solum. Potus autē qui est potus ⁊ medicina simul est (verbi gratia) sirupus violaꝝ rosaꝝ vel nenufaris: qui in estate exhibent͛ ad sitim cōpescendā: ⁊ malā distrasiam accidentalē remouendā. Potus autē pure potus est qui datur ad cibi delatōem: vel pmixtiōem: vel estuatōem: vel sitis a cibo inducte remotiōez: sicut supius memini me dixisse in capitulo de comestis ⁊ bibitis in generali. Potus aūt pure pot⁹ est duplex. Naturalis ⁊ artificialis. Naturalis est duplex. s. vinū: et aqua. Isti potus sunt in vsu apud nos. Et inter potus de his sapientes latini: arabes: ⁊ greci fecerunt mentionē: ꝗuis alique gentes vtant͛ lacte loco potus: et alique oleo: ⁊ alique sirupis quibusdaz in sanitatis regimīe. Sed qꝛ hoc nō est cōsuetū apud nos: ⁊ puto ꝙ nō est artificiale: de his potibus nullā facio mentionē. Potus aūt artificiales qui apud quosdā nr̄m sunt in vsu sunt hi: ceruisia vel ex ordeo vel ex auena: pomeriū: cerasiū: boschetū seu mellicratū. Sed qꝛ de aqua sufficiēter dictū est in pmo capitulo scđe ptis hui⁹ opis: de ipa ad p̄sens nihil penitus est dicendū. Sed de vino: de quo supius in caplo de comestis ⁊ bibitis dictū ē in generali. Sciendū ꝙ ꝗuis in sitis extinctiōe aqua sit cōueniētior potus ꝗ̄ȝ vinū: tamē oībus ꝯsideratis vinū est potus ꝯueniētior in regimine sanitatis ꝗ̄ȝ aqua. Nam dato ꝙ in sitis repssione q̄ est appetitus frigidi: ⁊ hmōi aqua vniuersal'r melior sit: qꝛ frigida ⁊ hūida naturaliter: tamē in cibi pmixtiōe ⁊ eiusdē delatōe ad ptes corpis extremas vinū p̄ualet aqua. Naz vinū rōne sue subtilitatis in substātia et actōe facilius cibis pmiscet͛: ⁊ special'r quia natura magis delectat͛ in eo: ideo citius attrahit ipm: ⁊ aliīs cibis pmiscet. Et special'r qꝛ hec pmixtio fit p viam cuiusdā ebulitōis: quā vinū magis iuuat rōne virtualis caliditatis: ⁊ aqua impedit rōne frigiditatis. Et sic patet ꝙ vinum p̄ualet aqua in ciboꝝ pmixtiōe. Et sil'r modo p̄ualet in eorū delatōe. Nam vinū est optim⁹ penetrator: qđ ei attribuit͛ rōne subtilitatis sue substātie: ⁊ rōne sue caliditatis virtualis. Talia em̄ sunt multum penetratiua: ⁊ p ꝯsequēs vinū est magis delatiuū ꝗ̄ȝ aqua: in qua nō est virtualis caliditas: nec substātie igneitas et aereitas. Unde aq̄ mora transeūdo impedit oēm cursū: sicut memini me supius dixisse ī caplo pmo scđe ptis hui⁹ opis. Ampli⁹ motus alimēti ad mēbra est a virtute attractiua. Et qꝛ mēbra magis diligūt vinū ꝗ̄ȝ aquā: pl⁹ iuuabit ad delatiōez nutrimēti ad mēbra ꝗ̄ȝ aqua. Amplius ex alio: aq̄ nō est ita ꝯueniēs pot⁹ vt vinū: qꝛ aq̄ impedit alimentū nutrire: eo ꝙ nō nutrit. Si igit͛ pmisceat͛ cuȝ eo qđ nutrit: illud vtiqȝ min⁹ nutriet.

Unde quãto cibus est magis aquaticus: tanto est minus nutritiuus. Bonuꝫ est igitur ꝙ vinum permisceatᷣ cum cibo quod nõ solnm non impedit nutritõem: imo multum iuuat: quia vinum est maxime nutritiuũ: ⁊ maxime restauratiuũ: et velocissime nutrit. Amplius vinum cõfortat calorem naturalẽ ⁊ spiritum: ⁊ totum corpus calefacit: que multũ faciunt ad nutritõem. Et aqua rõne sue frigiditatis paralyticat: ⁊ mortificat: ⁊ oẽs anime ope̾tões destruit. Uñ non ponit pedes in ope̾tõibꝫ nature ꝑ se. Uñ ipiꝰ soliꝰ nõ videtᷣ aliqs vsus: nisi forsan ꝙ in acutis bibatᷣ morbis. Ampliꝰ vinũ hꝫ alias bonitates q̃s nõ hꝫ aq̃. Est eñ bonꝰ penetrator in toto corpe: ⁊ fleuma grossuꝫ incidit: ⁊ resoluit ipm: ⁊ colerã rubeã cũ vrina ⁊ sudore extrahit: ⁊ colerã nigrã calefacit ⁊ facit exire: ⁊ flectit ipiꝰ nocumẽtũ: ⁊ materias coagulatas dissoluit. Ampliꝰ ingeniũ clarificat: irã cõpescit: tristiciã remouet: gaudiũ inducit: libidinẽ incitat: et imũdicias expellit: audaciam causat: auariciã fugat: liberalitatẽ inducit. Et vt sit ad vnũ dicere: vinum reddit hoĩem virilẽ ⁊ ſm aĩaꝫ ⁊ ſm corpꝰ: ⁊ aq̃ femineũ. Uñ ceteris paribꝫ nõ bibẽtes vinũ sunt effemiati respectu bibẽtiuꝫ vinũ. Uñ ꝯpertũ est ꝙ quidã non bibẽs vinũ ꝓmo: ⁊ postea cõsuetus bibere vinum: melior ſm aĩaꝫ ⁊ ſm corpꝰ effectꝰ est. Sic igitᷣ potꝰ vini ꝯueniẽtior est ĩ sanitatis regimĩe q̃ꝫ potꝰ aq̃. Immo nõ approbo potũ aq̃ simplicis ĩ sanitatis regimĩe. Has bonas ꝓprietates vinũ hꝫ: debito modo exhibitũ. Et si indebite exhibeatᷣ vsqꝫ ad ebrietatẽ: ratõem rõnalis anime ⁊ lumẽ extinguit: ⁊ virtutem bestialẽ irrationalẽ inducit: concupiscibilẽ ⁊ irrascibilẽ confortat: ⁊ rationi inobediẽteꝫ reddit. Et sic remanet corpus sicut nauis in mari sine gubernãte: propter qđ fauet cui non est fauendũ: ⁊ laudat qđ non est laudanduꝫ. Et interdum facit loqui pessima cuꝫ ira ⁊ sup̾flua superbia: et finalitᷣ facit operari pessima: puta adulteria ⁊ turpissima homicidia. Amplius ĩdebite sumptum cerebrũ ⁊ neruos mirabiliter ledit: ⁊ paralysim: ⁊ stuporeꝫ: ⁊ ceteras humorales egritudines inducit. Et vt sit ad vnũ dicere: cito tales moriũtur ⁊ senescũt: et talibꝫ meliꝰ esset ꝙ biberent aquã q̃ꝫ vinũ.

Ut igitur non cadat error ex vini administratiõe: cuius debite administrati tot sunt iuuamenta: et indebite non minora nocumenta: ponende sunt regule que obseruande sunt in potu vini. Prima regula est ꝙ vinum stomacho ieiuno et corpore famelico non est bibendum. Facit eniꝫ cadere in spasmũ: et mentis lesionem et alienatõem. Et si aliquem cõtingat sitire ieiuno stomacho: sciat hanc sitim nõ esse veram: nec naturalem. Nam sitis vera et naturalis est propter estuationeꝫ factum a cibo p̃assumpto: quod in ꝓposito esse non potest. In tali igitᷣ siti nõ est bibendũ vinũ: nisi simul aliqđ comedatᷣ. Potest tñ ad sedatõem sitis bibi iulep: aut aliqs sirupus approp̃iatꝰ: vel zuccorum rosatum cum aqua. Stomacho igitᷣ nullo modo bibatᷣ vinum.

Secūda regula est ꝙ inter duas comestiōes cibo sumpto adhuc in stomacho nō digesto: vinū nō est bibendū: tum qꝛ digestionē interrū-pit: tum qꝛ facit indigestū cibū de stomacho descendere. Tertia regula est ꝙ post forte exercitiū nō est bibendū vinū. Nam hoc multum ledit neruos ⁊ cerebrū. Quarta regula cōsideranda in vino est ꝙ vina mixta cū aqua pauca citiꝰ inebriant: ⁊ ad cerebꝝ ⁊ ad neruos citiꝰ penetrant: ⁊ specialr̄ sint vina grossa. Quinta regula est ꝙ malis cibis ⁊ fructibꝫ comestis ⁊ digestis in stomacho nō debet bibi bonū vinum ⁊ subtile eo ꝙ faceret maliciā ciboꝝ ad mēbra citius penetrare. Et hoc est veꝝ in quātitate notabili: sꝫ si bibat in quātitate pauca ad intentōem pmixtiōis: coriget maliciā ciboꝝ maloꝝ: ⁊ digestionē cōfortabit. Sexta regula est ꝙ si in eadē mēsa vinū forte bibat ⁊ debile: incipiendū est a debili: ⁊ vltimo forte est bibendū. Naꝫ digestio in orificio stomachi est debilior q̄ vino forti cōfortabit. Amplius vinū forte cū maiori delectatōe suscipit: ⁊ sic stomachus totū cibū pfectius amplectit: ⁊ os stomachi pfectius claudit. Amplius si vinū forte reciperet ante: dubitandū esset ne rōne subtilitatis ⁊ actōis ante pfectam digestionē descēderet a stomacho: ⁊ reliquū cibū indigestū secū traheret. Et specialiter qꝛ cetera mēbra diligūt vinuꝫ forte plus q̄ꝫ debile: ⁊ sic citiꝰ traherēt q̄ꝫ esset oportunū. Septima regula est ꝙ vinū qꝺ bibit ad cibi pmixtionē: debet recipi simul cū cibo: nec debet expectari sitis: sed vinū qꝺ bibit ad sitis inducte a cibo extinctiōem debet sumi in fine totius digestiōis: ⁊ plus vel minꝰ ſm ꝙ maior vl̄ minor est sitis. Sꝫ vinū qꝺ est potꝰ delatiuꝰ sumi debet ꝯpleta pma digestione ⁊ parū ante horā suscipiēdi aliū cibū sequentē. Et talis potus specialiter cōpetit quādo cibaria primitꝰ sumpta fuerint grossa in substātia ⁊ actōe. Nec debet expectari sitis ad talē potū suscipiendū. Nam talis potus p̄parat stomachū ad suscipiēdū sequentē cibū: ⁊ iuuat trāsitum cibi ad epar. Nec debet esse talis potus magne quātitatis: vt cito possit digeri. Non em̄ imaginandū est ꝙ ante digestionē ipsius in stomacho trāseat ad epar. Sꝫ si talis potus delatiuꝰ esset aqua: non oporteret expectare eiꝰ digestionē ante penetratōeꝫ ad epar. Octaua regula ē ꝙ quāto cibus ē grossior: ⁊ siccior: ⁊ frigidior: potus pmixtiuꝰ ⁊ delatiuꝰ debet esse maior: ⁊ ecōuerso quāto cibꝫ ē calidior: subtilior: ⁊ humidior: potus pmixtiuꝰ ⁊ delatiuꝰ debet esse minor. Et specialiter quāto cibus ē grossior: ⁊ frigidior: ⁊ digestiōi inobediētior: tāto vinū pmixtiuū vel delatiuū debet esse subtiliꝰ ⁊ fortiꝰ. Et quāto cibus est subtilior: ⁊ calidior: ⁊ digestibilior: tanto potus debet esse debilior. Unde fortius vinū bibendū est cum carnibus bouinis q̄ꝫ pullinis: ⁊ fortius bibendū est cū piscibus q̄ꝫ carnibus regulariter. Nona regula ꝙ quādo quis est valde sitibūdus: tūc vinuꝫ eius debet esse subtilius et colore remissius. Et quāto aliquis est minus sitibūdus:

eius vinū potest esse fortius et rubicūdius. Uina em̄ fortia cōuenien
tia non sunt ad extinguēduȝ sitim. Decima regula est ꝙ pueri ⁊ nu
trices nō debent bibere vinū: nisi paruȝ: ⁊ valde debile: ⁊ aquaticum.
Senibus autem cōpetit vinū forte: ⁊ odoriferū: ⁊ saporosum. Unde
pueris dare vinū specialiter forte: est ignē addere igni. Et ē alia ratio.
Nam pueri habēt neruos debiles: ⁊ cerebrū valde passibile ⁊ debile:
vnde cito leduntur a vino. Etiam vinū non est bene ꝓportionabile com
plexiōi eorū ratiōe siccitatis vini. Sunt em̄ pueri valde humidi: nec
comedūt fortia cibaria ad digerendū: et cum hoc habent digestiuam
fortē: ⁊ spirituū multitudinē. Et sic pueris ⁊ nouiter natis nullo mo
do est vinū exhibendū: nisi valde paruȝ: ⁊ sic ad vinū paulatim assue-
scant. Et quāto magis ꝓcedūt in tempe: tanto magis et securius po-
test eis mīstrari vinū. Et specialiter cū comedunt cibaria grossa: ⁊ ad
digerendū difficilia: ⁊ ad mēbra difficilius transeūtia: et in eis cole-
ra multiplicatur: quā vinū extrahit cum sudoribus et vrina. Undeci
ma regula est ꝙ habentes cerebruȝ debile: naturalr̄ siue accidentalr̄:
non bibāt forte vinū odoriferū in quātitate notabili: sed vinū debile
⁊ aquaticū. Et similiter habētes epar calidū ⁊ stomachū: abstineant a
vinis fortibus ⁊ calidis. Et simlr̄ habitātes in regione calida. Simi
liter qui sunt cōplexionis calide ex cōplexiōe totali: minꝰ indigent vi-
nis fortibus: ⁊ calidis: ⁊ subtilibus. Et cōtrariū est de eis qui sunt fri
gide complexiōis: ⁊ habitant regionē frigidaȝ. Duodecima regula
est ꝙ vina aquatica valde sunt euitāda via potus. Magis eniȝ sunt
medicinalia qȝ potatiua: ⁊ vina noua sunt adhuc indigesta: ⁊ impura:
⁊ ventosa: ⁊ opilatiua: ⁊ dissenteriā inducūt. Sȝ vina mediocria eta
te: nō defecata sunt magis ceteris eligenda. Decimatertia regula ē
ꝙ inebriari vino semel vl̄ bis in mense ꝯpetit in regimīe sanitatis: vt
quidā asserūt: tum propter somni ꝓlixitatē ex quo virtutes quiescūt
aīales: ⁊ fortificantur naturales: tum quia sequitur sudor ⁊ vrina vel vo-
mitus: ex quibꝫ sup̄fluitates a corꝑe resoluūtur: ⁊ remanet corpꝰ mun
dum. Hanc tamē regulaȝ nō approbo: nisi in his qui vtūtur malo re
gimine. In vtētibus bono regimīe hec regula non est obseruāda. Et
circa hanc regulā obseruandū est ꝙ inebriatio nō sit fortis: cuiꝰ nocu
mentū in cerebro sit notabile. Nā talis inebriatio plus debilitat vir
tutes aīales: qȝ quies sequēs cōfortaret easdem. Debet igitur inebriatio
esse debilis q̄ somnū inducat: ⁊ sollicitudinē penitus āmoueat. For-
tius em̄ inebriari vituꝑabile est moribus ⁊ natura. Decimaq̄rta re
gula ē ꝙ si bibatur vinū non solum in ratōe potus. sed ad corporuȝ nu-
tritiōem: ⁊ restauratōem: et impinguatiōem: sicut cōtingit in macillē
tis naturaliter vel accidētaliter: tunc competūt vina dulcia et grossa
sufficiēter colorata. Talia em̄ vina sunt sufficiēter nutritiua: ⁊ deꝑdi
ti restauratiua: ⁊ corpoꝝ impinguitiua. Unde ꝯueniētiora ad impin

guandū corpa macra. Et per oppositū si intendam⁹ non nutritōem:
nec deperditorū restauratiōem: nec impinguatōem: sed magis ꝯsum
ptionē: macilentiā: ⁊ desiccatiōem: vt cōtingit in his qui sunt multū
carnosi ⁊ pingues: tūc vina subtilia in substātia ⁊ actōe non dulcia: sꝫ
sapore acuta: modicū colorata sunt eligenda. Et similiꝛ aptiua si sint
venarū subtiliū ⁊ strictarū. In habētibus eñ venas strictas dubitā-
duꝫ est exhibere vina grossa: que sint opilatiua. Unde si quis esset ma
cilentus ⁊ cū hoc haberet venas strictas: nō esset securū ei exhibere vi
na dulcia: grossa ⁊ rubea. Decimaq̄nta regula est ꝙ si vinuꝫ deꝛ ꝓpꝛ
cibi permixtiōem ⁊ delatiōem: tunc vina subtilia nō dulcia: sed sapo-
re amicabilia: odorifera: nō austera: nec pontica: colore mediocria: ad
albedinē aliqualem declināntia: sufficiēter fortia eligenda sunt. Talia
eñ vina bene sunt cibarijs ꝑmiscibilia: ⁊ sufficienter penetrātia: ⁊ di
gestionem nō impediētia: ⁊ stomachū ad sequētem cibum meli⁹ ꝑpa-
rantia. Et talis potus cibi debet esse permixtiu⁹ ⁊ delatiuus. Si au-
tem detur vinū ad sitis extinctōem: tunc vinū album: subtile: debile
nature: aque ꝓpinquū est eligibilius. Tale eñ vinū magis humectat:
⁊ infrigidat: ⁊ per cōsequēs melius extinguit sitim. Et quāto sitis est
maior: tanto tale vinū est cōueniētius. Et in isto casu in fine comesti-
onis eligibili⁹ ē vinū dare albū: aq̄suꝫ: ⁊ subtile: qn̄. s. vinū bibiꝛ ad ci
bi ꝑmixtiōeꝫ ⁊ sitis sedatōeꝫ. Et si vtrūqꝫ vinū bibaꝛ ad vnā intētōeꝫ:
tūc sꝑ incipiēdū est a debili: vt in isto capl'o supi⁹ dictū est. Decima-
sexta regula est ꝙ si vinū deꝛ ad spirituū ꝯfortatōem: ⁊ reꝑatōeꝫ ⁊ vir
tutis ꝯfortatiōeꝫ: tūc debet dari vinū subtile: odoriferū: saporis dele
ctabilis: mediocris coloris: sufficiētis fortitudinis. Et tale vinū de-
bet sumi cū pauco cibo. Et dꝫ eē depuratū ab vtraqꝫ suꝑfluitate: ⁊ dꝫ
sumi in pauca quātitate. Decimaseptima regula est ꝙ si exhibeaꝛ vi
num ad stomachi ⁊ viscerū ꝯtētiue fortificatōeꝫ: eligem⁹ vina grossa:
pontica: nigra vel rubea: sicut ꝯtingit in habētibꝫ fluxū ventris ꝓpter
debilitatē ꝯtētiue stomachi. Sꝫ si intēdam⁹ ꝯfortatōem digestiue sto
machi: cōpetūt vina subtilia: vel mediocria in substātia ⁊ colore: boni
odoris: ⁊ ꝯtinētis saporis: ⁊ sufficiētis vigoris: ⁊ aliq̄lis stipticitatis.
Decimaoctaua regula est ꝙ vina alba sunt debiliora ⁊ magis aquo
sa: deinde nigra frigidiora rōe terrestreitatis: ⁊ nō aqueitatis. Et ru-
bea ⁊ rufa sunt calidiora ceteris. Et hoc est verū cōparāda vina eius-
deꝫ territorij adinuicē: ⁊ nō aliter. Unde vina rubea et rufa gallicana
nō sunt ita fortia: sicut sunt multa vina alba que reperiunꝛ: sicut ꝯsi-
deranti est manifestū. Debet igiꝛ fieri comꝑatio inter vina eiusdē ma
neriei ⁊ territorij. Un̄ videm⁹ ꝙ vinū primit⁹ est valde albū: ⁊ in tpis
ꝓcessu cū defecaꝛ ⁊ purificaꝛ: efficiꝛ min⁹ albū. Et vinū qd̄ in ꝑncipio
est min⁹ rubeū: in tpis ꝓcessu efficiꝛ magis rubeū. Et hoc ē manifestū
signū ꝙ nigredo ⁊ albedo attestanꝛ minori caliditati vini: ⁊ rubedo ⁊

rufedo maiori. Decimanona regula ē ꝙ vinū factū debile ꝑ admixti
onē aque laudabilis eligibili⁹ est q̃ʒ naturaliter debile: supposito eodē
gradu debilitatis in vtroqʒ. Et specialr̄ quādo debilitas vini est val=
de magna: sicut est debilitas vinoꝝ gallicanoꝝ. Nam vina sic natu=
raliter debilia multū sunt corruptibilia ꝛ putrefactibilia: sed vina de
bilia per admixtionē aque nō sunt putrefactibilia: sicut manifeste pos
sum⁹ expiri. Nam si dimittat̄ vinū gallicanū in vitro ꝑ noctē: in ma=
ne sentit̄ sapor corrupt⁹: et apparebit color corrupt⁹. Sʒ nō sic erit de
vino debilitato per aque admixtiōem. Sʒ secus esset vbi nō esset tan
ta debilitas naturalis: sicut ꝑ aque admixtionē: tūc eīm eligibili⁹ essʒ
vinū debile naturaliter: qꝛ natura magis laborat in digerēdo: qđ est
minus homogeneū. Et vinū debilitatū per aquam est hmōi respectu
vini debilis naturaliter. Et hāc regulaʒ memini me supius dixisse in
capitulo de comestis ꝛ bibitis in generali. Vicesima regula cōside
randa est ꝙ cuʒ vinis fortibus: subtilibꝫ: ꝛ fumosis bonū est ꝙ admi
sceat̄ aq̄: q̄ sufficit ad repssionē fumositatis vini: q̄ tn̄ nō faciat subam
vini ad cerebꝝ veloci⁹ pēetrare. Vn̄ pauca aq̄ q̄ntitas sufficit ad reps
sionē fumositatꝫ: q̄ tn̄ nō sufficeret subtiliare subaʒ vini vt facili⁹ pene
traret: rōe cui⁹ penetratōis ꝯtigit iebriatio. Sic igit̄ appositio paucis=
sime aq̄ impedit fumatiōem ad caput: rōne cui⁹ potest cōtingere capi
tis grauedo ꝛ dolor: ꝛ nihil iuuat ad penetratōem substantie vini ad
cerebrum et neruos: ratiōe cuius posset cōtingere inebriatio. Sʒ ma
ior quātitas p̄dicta iuuabit ad vini penetratiōem ad neruos: et speci
aliter si vinuʒ sit grossum ꝛ forte: ꝛ non impedit vini fortitudineʒ q̄n
posset inebriare. Et si plus apponatur de aqua: virt⁹ vini totaliter de=
struet̄: sic ꝙ inebriare nō poterit. Sic igit̄ approbo ꝙ in oībus vinis:
specialr̄ fortibꝫ ꝛ fumosis: si indigeamus fortitudine vini sine fumo=
sitate aliquid ponat̄ de aqua. Unde etiaʒ potest sustineri ꝙ cuiuscūqʒ
quātitatis aq̄ appositio: iuuat sube vini penetratiōem. Unde si bibat̄
vinū in quātitate īmoderata: iuuaret ad iebriatōeʒ: sʒ si bibat̄ in quā
titate moderata nō inebriabit. Et sic nō iuuabit ad iebriatōeʒ: ꝛ tn̄ fa
ciet ad fumositatē vini recipiēdū. Bn̄ eīm stat sil' subaʒ vini esse magꝭ
subtilē: ꝛ rōe illi⁹ magꝭ penetratiuā. Et sic idebite sūptā magꝭ inebria
tiuam: ꝛ tamē candeʒ substantiā esse minus fumosam. Nam fumosi=
tas plus debet̄ vino ratiōe qualitatis que repssa est per admixtioneʒ
aque pauce: ꝛ inebriatio ei debet̄ ratiōe substātie in bibētis substanti=
am cerebri ꝛ neruoꝝ: cui⁹ penetratōeʒ iuuat admixtio aq̄ modice. Et
in hoc est materia subtilis ꝯsiderādi. Vicesimaprīma regula ꝙ si in=
tēdam⁹ pectoris ꝛ pulmōis mūdificatōeʒ ꝛ vētris laxatiōeʒ: tūc vina
mediocris sube sapore dulcia sūt magꝭ eligibilia: ꝛ spālr̄ si nō dubita
m⁹ opilatōeʒ venaꝝ. Vicesimasecūda regl'a ꝯsiderāda ē ꝙ vinū eligi
bilius ꝛ meli⁹ in sanitatꝭ regimīe est vinū medīū seu eq̄le inter vetu=

statem et nouitatē: clarum: ad rubedinez trahens: bonū habens odo
rem z equalis saporis: qđ nec acre: nec acutū: nec dulce: nec fumosuz:
nec grossum nec valde subtile: sed ad subtilitatē declinās sit: qđ etiaz
inter fortitudinē z debilitatē obtinet mediocritatē: qđ etiam non cre
uit in saxosis z lapidosis mōtibus: nec ī terra simpliciter plana z ara-
bili: sed in terra montuosa sicca a sole: versus meridiē discoopta. Qđ
etiam nō creuit in regione nimis calida: nec nimis frigida. Et ex his
cōcludi potest q vina cyprina: nec greca: nec garnacina cōueniūt ī sa-
nitatis regimīe via potus. Nec vina gallicana z eis similes: sed talia
vina sicut sunt vina de belua: et de bersilitico: et de sancto portiano.
Hec em̄ vina sunt cōuenientia via potus in regimīe sanitatis: cōside
ratis eorū coloribus: substātijs: odoribus: saporibus: et locis ī quib9
creuerint: et cōsideratis eoꝝ effectibus quos homīes in seipsis iā du-
dum experti sunt. Uigesimatertia regula est q homīes q̄ vtunť mľto
vino: vel ex natura: vel ex ꝯsuetudine: vel ex q̄cūqȝ alia necessitate: nō
debent vti multo cibo. Uinū em̄ est cibus z potus. Unde videm9 po
tatores tabernas quotidie sequētes respectu alioꝝ hoīm pauci vict9.
Quō em̄ natura pt̄ digerere multū cibū z multū potū? Pro certo ma
le. Et bonuz est q talis qui vult repleri vino: in suis cibis in quibus-
dam diureticis vtať: vt vinū citius transeat de stomacho: z non acci
dat repletio nauseatiua: que si accidat ꝓuoceť vomitus: z hydromel
bibať: deinde euomat iterum: deinde lauet os suū aceto z melle. Nec
dentes z gingiue propter vomitū remaneāt infecte: z faciē cum aqua
frigida: vel aqua rosarū irroret parū. Amplius volens repleri vino
non comedat rem dulcē: sed vnctuosaz: puta micas panis vnctuosas
z carnes pinguedine mixtas: et post cibū cuz bibere voluerit: amigda
lis vtatur et capparibus. Amplius caules cocti cū carne et oliue ꝑpa-
rate: z cōdite cum sale eisdē cōueniūt: vt vino repleri possunt sine lesi
one. Et vniuersaľr omne qđ vaporez vini alleuiat valet ad idē: sicut
semen caulium: ruta sicca: calamentuz: ameos: et similia. Amplius
sciendum q cibaria grossa in quibus est viscositas: conglutinatio: et
dulcedo ebrietatez impediūt: quia tarde penetrant: et sic impediunt
transitū vini: z eius vaporem ingrossant: q̄uis sint cibaria cum qui-
bus nō potest recipi vinū sine lesione: que est nauseatiua repletio. Ci-
baria igitur subtilia z vnctuosa nō dulcia sunt: cuz quibus sine reple-
tione nauseatiua z stomachi grauamīe pl9 potest homo repleri vino.
Sed cibaria grossa: dulcia: et viscosa sunt cuz quibus potest plus re-
cipi de vino sine ebrietate: non tamē sine grauamīe stomachi et reple-
tione nauseatiua. Si igiť homo velit bibere multuz vinū: et dubitet
ebrietatē: vel ꝓpter cerebri debilitatē: vel ꝓpter vini fortitudinē: vel ꝓ
pter humoꝝ plenitudinē: vľ ꝓpť ciboꝝ paucitatē: tūc talis cib9 gross9
dulcis glutinosus z viscosus est maxime necessarius: et non pinguis

subtilis et unctuosus. Sed si quis nõ dubitet ebrietatẽ: et velit multum bibere respectu cibi: et dubitet repletõem nauseatiuã: et stomachi grauedinẽ: tũc cibus pinguis: subtilis: unctuosus est maxime necessarius. Est breuiter hic notandũ q amigdale specialr amare ciminũ: sal: semen cauliũ: sal naptic9: ameos in ieiuno sumpta cuz aqua frigida impediũt ebrietatẽ. Et potus aque frigide cũ aceto vl cũ vino granato paulatim exhibit9: ebrietatẽ remouet: et silr odor thuris: camphore: et sandalo. Sed qr iam sum9 extra regimen sanitatis: ad pposito redeam9. Uicesimaqrta regula est de vinis artificialib: que apud aliquos hoĩm sunt in vsu: puta vinũ saluiatũ: et enulatũ: et rosatum. De his igit sciendũ q cũ sapiant naturã medicinalẽ: non competũt in regimie sanitat nisi in pauca quãtitate. Uinũ igit saluiatũ aliquis bibere põt in hyeme in pauca quãtitate. Nam vinũ a saluia acquirit quãdam caliditatẽ: et stipticitatẽ: et aromaticitatẽ: rõne quo parũ sumi põt in hyeme ad stomachi calefactõez: et eiusdẽ: et cerebri: et neruo: et alio rõne stipticitatis et aromaticitatis cfortatõem. Sz multũ ex eo sumptũ nõ est cõueniens: nec ad sitis extinctõem: qr saluia calida est et sicca in tertio: nec ad cibi delatõem et pmixtionẽ: qr totum cibũ ad nimiã siccitatẽ et caliditatẽ faceret declinare. Cum em vinum de se sit calidũ et siccum: et saluia sit multũ calida et sicca: totũ aggregatũ multũ declinabit ad siccitatez et caliditatẽ: qd nõ est bonũ in sanitatis regimie. Ampli9 si bibat vinũ saluiatuz in magna quãtitate: qr vinũ a saluia acquirit quãdam dureticitatẽ et substãtie subtilitem: intantũ q eius decoctio pvocat vrinã: et menstrua erit causa descẽdẽdi cibũ a stomacho ante ipius digestionẽ pfectã: et causa trãsit9 vini ad cerebrum et neruos ante digestionẽ eius in stomacho et epate. Saluiatũ igit vinũ in magna quãtitate nullo modo est bibendũ: sz habẽtes neruos debiles vtant eo in pauca quãtitate: qr in magna qntitate plus lederet qz vinũ simplex. Est aũt hoĩm cõsuetudo tale vinũ bibere ante aliũ cibũ: qd forte ex hoc fit: qr saluia habet virtutẽ incitãdi appetitũ. Et sic vinũ saluiatũ pmo sumptũ incitabit appetitũ ad cibum q sumi debet. Ampli9 vinũ saluiatũ multũ cõfortat neruos totius corpis: qd meli9 ex eo fiet si sumat in pncipio qz in fine. Ampli9 vinũ qd recipit in pcessu: debet sumi ad cibi pmixtionẽ: vel sitis extinctõem: pter quo nullũ debet bibi vinũ saluiatũ. Nam quãtitas q ex eo bibi debet: dz esse minor qz oportet ad pdicta. Si tñ post oẽm cibũ parũ sumeret ex eo cũ nebula: vel pane tosto ad orificiuz stomachi roborandũ: et digestionẽ in eo cõfortandũ: forte esset laudabili9 qz sumere claretũ vel alia vina acuta valde: vl alia q multũ sunt fumosa et capitis repletiua. Bene autez cõsiderandũ est q vinũ saluiatũ fiat ex saluia q in loco creuerit vbi serpentes nõ fuerint nutriti et cõuersati. Libẽter em cõsueuerũt serpẽtes morari vbi crescit saluia. Quare vbi

saluia sit apponat̃ ruta: q2 serpẽtes fugiũt rutã. Non igit̃ recipiat̃ saluia: nisi in loco vbi est magna copia rute. Uinũ aũt rosatũ in estate est ꝯueniẽs ꝓpter tempis feruorẽ: ⁊ in cõplexione calida: ⁊ in habẽtibꝫ viscera calida: ⁊ ĩ his q̃ dispositi sũt ad fluxũ vl' vomitũ colericũ. Sꝫ in sanitatis regimie vinũ simplex est magꝭ cõueniens. Quidã autẽ plus bibũt tale vinũ ꝓpter voluptatẽ q̄z ꝓpter necessitatẽ. Uinũ autẽ emulatũ multũ ꝯfortat cor ⁊ mẽbra adiacẽtia. Habẽtes aũt cor debile ⁊ stomachũ: ⁊ specialr̃ ꝓpter frigiditatẽ ⁊ hũiditatẽ: vtant̃ vino emulato in pauca quãtitate: sicut dictũ est de vino saluiato. Et sine dubio emulatuꝫ in multis esset cõueniẽtius q̄z saluiatum. Et hec sufficiant de regimine vini.

De ceruisia ⁊ alijs potibus.

d

E cereuisia aũt ꝯsequẽter est determinãdũ ⁊ de alijs potibus: puta boscheto: ⁊ pomerio: ⁊ ceraseto: ⁊ silr̃ibꝫ si q̃ sint alij. Sũt eñ q̃dã qui ꝓpter penuriã vini vtunt̃ p̃dictis potibꝫ: nõ tamẽ pot⁹ adeo ꝯueniẽtes in sanitatis custodia sicut vinũ. Sciendũ ergo ꝙ ceruisia p̃t fieri ex auena: ⁊ ordeo: et frumẽto. Et ẜm ꝙ fit ex alio ⁊ alio grano: est alteri⁹ ⁊ alteri⁹ ꝯplexiõis. Oĩs tñ ceruisia de quolibet grano facta grossior est q̄z vinũ: ⁊ multũ difficilis ad digerendũ: opilatõ(e)s in visceribꝫ facit: ⁊ maxime tũ est noua. Inflatõem ⁊ ventositatẽ generat: ⁊ capitꝭ dolorẽ inducit. Et interdũ fluxũ vẽtris ⁊ appetitũ deijcit. Sꝫ bñ verũ est ꝙ multũ nutrit: ⁊ corp⁹ impiguat si bñ digerat̃. Que aũt ꝯficit̃ ex rebꝫ inebriãtibꝫ: puta ex grano qđ nomiat̃ loliũ pessima est int̃ oẽs: dolorẽ capitis maxime generãs: ⁊ neruos ledens. Diuersificat̃ eñ ẜm granoꝝ diuersitatẽ. Naꝫ q̃ fit ex ordeo pl⁹ attinet frigiditati: et q̃ fit ex frumẽto pl⁹ attinet caliditati.. Ampli⁹ q̃ fit ex ordeo ⁊ auena: min⁹ opilat: ⁊ min⁹ generat vẽtositates: ⁊ min⁹ nutrit Et q̃ fit ex frumẽto magis nutrit: et magꝭ opilat. Et quãto ceruisia est grossior: tãto deterior: ⁊ quãto subtilior ⁊ clarior: tãto melior. Alij aũt sunt pot⁹ artificiales q̃ fiũt cũ melle: q̃ sunt calidi ⁊ sicci: ⁊ multuꝫ opilatiui venaꝝ: epatis: ⁊ splenis: ⁊ generãt multas inflatiões: ⁊ maxime qñ est q̄ntitas in eis maxima mellis: ⁊ maxime qñ mel nõ est coctũ sufficiẽter: ⁊ ventrẽ laxãt. In colericis igit̃ nõ cõpetit talis pot⁹: ⁊ silr̃ si epar ⁊ splen fuerint opilata. Sꝫ talis pot⁹ cõgru⁹ ẽ hñtibꝫ ꝯplexiones frigidas: maxĩe si habeãt ĩ intestinis ⁊ stomacho mltũ flegma q2 ṽtute sua ĩcisiua ⁊ abstersiua ĩcidit ⁊ mũdat: ⁊ ventrẽ euacuat. Uñ in his soluit vẽtrẽ. Et hec memĩ me dixisse cũ de melle tractaui. Cerasariũ aũt ⁊ pomeriũ sunt ꝓpinq̃ora nature vini q̄z ceruisia. Et puto ꝙ ĩ regimĩe sanitatis sũt ꝯgruẽtiora: sic̃ ptꝫ ꝯsiderãtibꝫ colorẽ: odorẽ: ⁊ substaꝫ p̃dictoꝝ potuũ: in q̃bꝫ sunt magꝭ ꝯgruẽtia cũ vino q̄z ceruisia. Isti tñ pot⁹ sũt minoris caliditatꝭ: aromaticitatꝭ: ⁊ ꝯfortatõis mẽbroꝝ

rū:⁊ nutritōis q̄ȝ vinū:⁊ ideo minꝰ ꝯgruētes ī sanitatis regimie. Vn
bos potꝰ ⁊ silēs si q̄ sint: ore possumꝰ laudare: sed corde ⁊ opere nos et
nostros dilectos vino optimo copulare.

Capitulū. XXII. De indumentis.

q Uia possunt hoīes vti vestibus et indumētis debito modo et
indebito: et talis indumētoꝝ vsus est necessariꝰ in sanitatꝫ re=
gimie: dēminandū est ī isto caplo de indumētis ⁊ vestibꝫ q̄ȝtū
sufficit ī ꝓposito Vestes aūt ⁊ īdumēta vel sūt de lino: vl' de bomba
ce: vl' de serico: vl' de lana: vel de pellibꝫ. Regule igiꝛ ꝓuāde in vestibꝫ ⁊
indumētis sūt hee. Prima regula ē: ꝙ vestes ⁊ indumēta sunt ꝓpter
mēbra exteriora defendē a nocumēto exteriori: puta calore vl' frigidi
tate: plꝰ tn̄ a frigiditate. Tpe em̄ calido nudū incedē mēbra denigrat
⁊ cutē adurit: ⁊ totū corpꝰ plꝰ debito calefacit. Et silr̄ tpe frigido si q̄s
sine vestibꝫ vl' cū paucis īcedat: multū ḡuaꝛ corpꝰ: sicut ꝯsiderāti ē ma
nifestū. Vn̄ igiꝛ ꝯsiderādū ē, ꝙ tpe frigido hō nō incedat sine vestibus
corpꝰ defendētibꝫ a frigore ꝯtinētis. Et silr̄ in estate ꝙ nō īcedat cū ve
stibꝰ corpꝰ plꝰ debito calefaciētibꝫ: vl' sine vestibꝰ totalr̄: vel cū ita pau
cis vestibꝰ vel subtilibus: ꝙ corpꝰ a calore ꝯtinētis pn̄t mīme difensa
re. Est igiꝛ diligēter notādū ꝙ vestes ⁊ īdumēta defensāt corpꝰ a fri
giditate ꝯtinētis triplr̄. Primo q̄dē q2 ꝓhibēt applicatōez frigiditatis
continētis ad corpus: quia fragilitas cōtinentis nō attingit corpus
īmediate: sed mediātibus indumentis. Secundo quia humores et
vapores calidos circa superficiē corporis retinent: ⁊ sic ibidem multi
plicati calefaciūt corpꝰ exteriꝰ. Tertio calefaciūt corpꝰ nr̄m suo calo/
re eētiali ⁊ ꝟtuali: q̄ calor q̄dāmō de potētia ad actū reduciꝛ a calore
⁊ spū corpis nr̄i: sicut piper puluerisatū supra manū: calefacit manuȝ
sua eētiali caliditate q̄ reduciꝛ de potētia ad actū a caliditate nr̄i cor
poris. Interdū indumēta possunt calefacere suo actuali ⁊ formali ca
liditate: puta quādo vestis calefaciunt ab igne: et sic calidi induūtur.
Hec tamen caliditas actualis cito recedit: ⁊ remanet virtualis ⁊ po/
tentialis caliditas quodāmodo reducta a calore corpis nostri de po
tentia ad actum. Secunda regula consideranda circa vestes et in/
dumenta: est ꝙ quanto tempus est frigidius et ventosius et aer sub/
tilior: tanto pluribus indigemus vestibus. Et specialiter quādo cor/
pus est rarum multum ⁊ passibile: ⁊ cum hoc frigidioris complexio/
nis. In hyeme igitur ceteris paribus indumenta plura sunt necessa
ria: et in nocte q̄ȝ in die: et flante vento q̄ȝ non flante: ⁊ in tempore plu
uioso q̄ȝ sereno. Nam tempore sereno sol magis potens est calefacere
q̄ȝ pluuioso. Amplius homines rare cōplexionis: puta quoruȝ mu
sculi nō sunt densi: sed multum porosi: et quorū carnes non sunt du
re: sed molles: tales vtiq̄ȝ plus timent frigus: et pluribus indigent

vestibus. Similiter etiā ceteris paribꝫ senes ꝛ fleumatici ꝛ melanco-
lici pluribꝫ vestibus indigēt. Naꝫ tales maxime leduntꝛ a similibꝫ sue
crassi: ꝛ a ꝯtrario iuuantꝛ ꝛ sic colerici ꝛ sanguinei: paucioꝛibꝫ indigēt
vestimētis ꝙ̄ fleumatici vel melancolici. Sed tu diceres cōtra: coleri
ci sunt rarioꝛes: ꝛ ꝑ ꝯsequēs passibilioꝛes: ꝛ sic indigēt pluribꝫ vestibꝫ
ꝙ̄ melancolici: quoꝝ cōpositio est durioꝛ. Dicendū ad hoc ꝙ nō est i-
cōueniēs aliquē colericū quo ad mēbꝛa exterioꝛa esse cōpositiōis du
rioꝛis: ꝛ minꝰ passibilis aliquo melācolico. Uñ dato ꝙ regulariter cō
positio sequatꝛ complexionē ꝛ eidē ꝓpoꝛtionetꝛ: interdū tñ cōtingit con
trariū. Sic igitꝛ stat simul ꝙ aliqs sit colericꝰ ꝛ nō rarus: ꝛ melancoli
cus ꝛ nō densus. Ceteris igitꝛ paribꝫ ex pte cōplexiōis regula cōpositi
onis posita est vera: ꝛ maxime eēt vera si cū caliditate cōplexionis eēt
duricies cōpositōis: ꝛ cū frigiditate cōplexionis eēt raritas cōpositi-
onis. Potest etiā dici ꝙ regula cōpositiōis dicta nō simplr tenet: nisi
supposita eadē cōplexione: vel ꝙ nō sit repugnātia ex pte cōplexionis
sed respectu cōpositōis simplr tenēda est. Plus em̄ facit caliditas cō-
plexiōis ad hoc vt aliquis minꝰ indigeat calefaciētibus ꝙ̄ raritas cō
positiōis ad hoc ꝙ ledatꝛ ab infrigidātibus. Unū em̄ cōtingit in rōne
sup spatulas pcutere. Secunda causa est grossicies sanguinis et tunc
nullo adiutorio bene potest exire et sic oportet sanguinē subtiliare cū
medicinis et cibis subtiliatiuis notis. Tertia causa est paucitas san
guinis et hec scitur: quia macer et extenuatus: ꝛ tales indigēt dieta re
sumptiua et nutriente. Quarta causa est timor et pusillanimitas: aut
quia non consueuit et tunc competit mica panis in vino et aspersio
cum aqua rosata et vino odorifero et verba consolatoria. Ampli⁹
potest hoc contingere ex foraminis paruitate: et tunc elargandum est
foramen: quia aliter sanguis subtilis exiret et grossus remaneret.

Amplius egrediente sanguine tangendus est sanguis qui si frigi
dus inueniatur statim est restringendus sanguis. Et similiter si inue
niatur calidus et subtilis valde nam in vtroqȝ casu dubitandum est
de sincopi. Si autem sanguis fuerit calidus ꝛ mediocris substantie:
vel grossus ꝛ vrina rubea et spissa ꝛ pulsus plen⁹ extrahendus ē san
guis in copia si particularia concurrūt. Amplius ponatur vna gut
ta sanguinis cum egreditur supra vnguem si igitur fluat ꝛ nullo mō
consistat talis sanguis est multum aquosus et est restringendus: et si
nullo modo fluat tunc est nimis grossus et parum est extrahend⁹ do
nec fuerit subtiliatus. Si autem mediocriter se habeat bonitas ꝛ me
diocritas significat et securi⁹ pt ex eo subtrahi si cetera pticularia cō
currāt. Et siliter pijciat vna gutta in aquā et si descendat nimia gros
sicies sanguinis significat: et si totaliter supnatet et diffūdat ē nimis
aquosus: et si in medio modo se habeat bon⁹ ē. Ampli⁹ cū sanguis
exit actu a vena bonum est ꝙ digitus supponatur vulneri qñ paruȝ
exit de sanguine. Hec eñ digiti suppositio deseruit ad duo. Primo
quidem ad hoc vt virt⁹ reuertat in se et non dispergatur nec debilite
tur pter subitā euacuationē. Scdo quidē digiti suppositiōe detinet

sanguis ad tẽpus aliq̄d quousqꝫ mal⁹ distãs a loco fleubothomie pos/
set moueri. Quãdo igit̃ in corpe est apostema ⁊ fleubothomia fit ad di
uertendũ: maxime cõpetit hui⁹ digiti suppositio. Ampli⁹ cõsideran
da sunt q̄ fiũt post fleubothomiã. Sciendũ igit̃ ꝙ post fleubothomi/
am ĩmediate nõ est dormiendũ: nec ambulandũ: nec cũ hoĩbus collo
quendũ: nec in loco lumĩoso morandũ: sꝫ statim facta fleubothomia
et loco fleubothomato decenter ligato: si fleubothomia fuerit de bra
chio teneatur brachium fleubothomatum eleuatum et alicui parieti
appodiatũ ꝑ aliq̄d tp̄s. Hoc aũt fit ne sanguis decurrat ad locũ fleu/
bothomatũ: q2 forte locus apostemaret̃. Et tũc satis cito ponat se ad
quiescendũ sup̱ lectũ in loco obscuro: nec aliquo modo iaceat sup̱ la/
tus vnde facta fuit fleubothomia: ⁊ teneat oculos clausos: ⁊ sol⁹ ma=
neat vsqꝫ ad tp̄us aliq̄d ne sp̄ũs dispergant̃. Et interdũ paret̃ buccel/
la panis tosti in vino bono: ⁊ satis cito eã comedat. Et si stomachus
sit mũdus p̄nt exhiberi duo oua recẽtia sorbilia: ⁊ deinde comedat ci
bum suũ ordinariũ. Et in illa die sit cib⁹ eius subtilis: ⁊ bon⁹: ⁊ pau/
cus. Et pot⁹ sit bonũ vinum cũ pauca aqua: ⁊ securi⁹ in die fleubotho
mie excedere põt in potu boni vini q̄3 in cibo. In die fleubothomie
nullo modo exercitet̃: sed maneat cũ socijs suis in domo sua cum gau
dio. Illa etiã die nullo modo balneet̃: nec aliquo modo coeat: nec dor
miat. Nam dormire post fleubothomiã causat cõfractõem mẽbroꝝ:
⁊ est causa motus sup̱fluitatũ ad intra versus aliq̄d membrũ nobile.

Amplius in somno retrahit̃ sanguis: et calor: ⁊ sp̄ũs ad cẽtrũ: et sic
possꝫ rõe mot⁹ ĩducti ꝑ fleubothomiã: ⁊ rõe retractõis q̄ fit ĩ somno fi
eri in hũorib⁹ ebulitio: ⁊ sic possit fieri febris ⁊ aptio vene. Et special̃r
q2 in somno mouent̃ mẽbra hoĩs motu inordinato ⁊ inopinato .s. cũ
quis in somno voluit̃ ⁊ reuoluit̃: q̄d etiã causa esse possit crepatõis ve
ne. Sic igit̃ post fleubothomiã non est dormiendũ: ⁊ special̃r ante ci=
bum: sed post cibũ ꝑ duas vel tres horas puto ꝙ non est magnũ ꝑicu
lum: q2 in tãto spacio hũores p̄nt esse sufficiẽter quietati. Securi⁹ est
tñ nõ dormire: vel si dormiat̃ sit valde parũ: ⁊ sit cũ bona custodia ꝓ=
pter ꝑiculũ q̄d ĩminere posset. Et in sexta die a die fleubothomie põt
balneare: ⁊ q̄nta die coire: ⁊ ĩ q̄rta die exercitari. Sic igit̃ fleubotho
matus tribus dieb⁹ debet esse sine exercitio notabili: ⁊ ĩ bono regimĩe
cibi ⁊ pot⁹. Et q2 fleubothomiã sequit̃ sincopis valde sepe: ⁊ special̃r
ĩ hñtib⁹ stomachũ colericũ ⁊ sp̄ũs subtiles: bonũ est statim facta fleu
bothomia fricare extrema: ⁊ irrorare faciẽ aq̄ rosata: aut vino odori
fero: et vocent̃ ꝓprio noĩe: ⁊ apiat̃ os eoꝝ cuꝫ ligno: ⁊ det̃ brodiũ galli
ne cũ vino: ⁊ p̄t dari dyamargariton ⁊ pliris cũ musto: vel zuccarũ ro
satũ. Hec sufficiãt de his q̄ fiẽda sunt añ fleubothomiã ⁊ ĩ actu. Cõ
sequẽs ẽ de sãguinis inspectõe: ⁊ de dispositiõe corpoꝝ ꝑ ip̄m sãguinẽ
cognitõe breuissime ptrãsire. Per horã igit̃ post fleubothomiã inspici

endus est sanguis postq̄ fuerit coagulatus. Bonū est aūt vt sanguis
extrahatur in pluribus scutellis: vt ipius sanguinis difformitas et di-
uersitas possit meli⁹ a medico denotari. Prima cōsideratio est cir-
ca hoc ꝙ si p̄m⁹ sanguis sit peior secūdo ⁊ tertio: ⁊ secūd⁹ peior tertio:
⁊ sic ꝯñter: ⁊ vltim⁹ sit bon⁹: ⁊ notabilis bōa: ⁊ rōnabilis ⁊ sufficiēs fu
it fleubothomia. Et si sit ecōuerso .s. ꝙ p̄m⁹ sit bon⁹ ⁊ secūd⁹ mal⁹: nō
est adeo bonū: imo signū est ꝙ adhuc ē fleubothomie: vel farmacie: vl'
vtriusq̄ necessitas. In fleubothomia q̄ fit ad diuertēdū vbi loc⁹ fleu
bothomat⁹ distat a loco infirmo: h̄ sepe ꝯtingit ⁊ rōnabil'r scd̄us san-
guis ē peior p̄mo: ⁊ ē signū ꝑfecte diuersiōis. Sʒ qñ fleubothomia fit
ad euacuādū ⁊ ex loco ꝓpinq̄ morbo: puta ex eadē ꝑte: tūc p̄m⁹ sāguis
dʒ eē deterior secūdo: ⁊ scd̄us tertio. Et si oppositū ꝯtigit adhuc ē fleu
bothomie vl' farmacie necessitas. Sʒ ī corꝑibꝫ sanis q̄ nimis distule
rūt fleubothomiā sepe ꝯtingit ꝙ p̄m⁹ erit melior scd̄o: et tūc iterāda ē
fleubothomia satꝫ cito. Secūda ꝯsideratio ē circa sanguis subaʒ.
Propt' qd̄ sciēdū est ꝙ ī sanguie fleubothomie sūt q̄nq̄ sube .s. melan-
colia: fleuma: sāguis pur⁹: colera: ⁊ aq̄sitas vrinal'. Melācolia em̄
est sāguis fex ⁊ coloris nigri: et ē in īfimo scutelle. Et qñ ē nimia hui⁹
fecis q̄ntitas nō ē bonū signū. Possum⁹ em̄ iudicare talē hoīez eē tri
stē: īuidū: curiosū: auarū: timidū: ⁊ pusillanimē. Et talis dʒ vti mūdi
ficātibꝫ melācoliā ⁊ multiplicātibꝫ bonū sāguinē. Fleuma est q̄ddā
albū ⁊ muscillaginosū insipidū: qd̄ est q̄si sil'e albumini oui. Hoc em̄
debet esse in sanguine post melancoliā: et huius non debet esse nimia
quantitas. Et si sit talis humoris nimia quātitas: possumus talē iu
dicare fleumaticū vel natural'r vel accidentaliter: ⁊ esse somnolētuʒ ⁊
rudē: ⁊ pigrū ad actōes: ⁊ multi sputi. De isto tñ hūore pl⁹ dʒ esse q̄ de
melācolia. Deinde sequit' sāguis pur⁹: cui⁹ color dʒ esse purpure⁹: vl'
rufus: vel subrufus. Et hui⁹ hūoris dʒ eē maior q̄ntitas: cui⁹ humo-
ris si sit magna q̄ntitas: possum⁹ iudicare talē hoiem eē sanguineū: et
liberalē: ⁊ amicabileʒ: hilarē ridentē: ⁊ rubei coloris: satꝫ audacē atq̄
benignū. Deinde sequit' colera: q̄ est spuma sāguis crocei coloris tra
hētis ad clarā ⁊ scintillātē rubedinē. Et hūoris hui⁹ dʒ eē minor q̄n-
titas q̄ sāguis ⁊ fleumatꝫ: ⁊ maior q̄ melācolie. Si igit' sit magna q̄n
titas: possum⁹ iudicare talē hoīez eē colericū: et ꝑ ꝯsequēs eē hirsutū:
fallacē: iracūdū: ⁊ audacē: ꝓdigū: ⁊ ad actōes ꝓmptū: ⁊ vigilē: ⁊ subti
lem. Et ē diligēter notādū ꝙ ī corꝑe de melācolia dʒ eē minimū: q̄r
est humor min⁹ ꝯformis vite: ⁊ deinde de colera: ⁊ tertio de fleumate:
⁊ de sanguie pl⁹ q̄ de alijs. Et s̄m q̄uādā estimatiōeʒ veritati ꝓpiquā p̄t
dici ꝙ sāguis ē dupl⁹ respectu fleumatꝫ: ⁊ fleuma duplū respectu cole-
re: ⁊ colera dupla respectu melācolie. Hoc v̄o scire pūctual'r ⁊ cū certi-
tudine ē valde difficile: ⁊ de hoc al's ꝑfecti⁹ apparebit. Amplius cō-
siderare debemus substantiā aquosaʒ que supnatat in sanguie coagu

lato: sicut serum in lacte cum coagulatū est. Est eniз sanguis supfluitas ꝛ colamentū sicut est serum lactis: ꝛ hec est vrinalis aquositas: et apparet similis vrine ꝛ in coloꝛe ꝛ in substātia: si ponat in vrinali. Et quādo talis aquositas est similis vrine homis sani cuius est sanguis: est bonū signuз: et aliter non est bonū. Et quāto aquositas talis perfectius a sāguine segregat: tanto melius ꝛ melioꝛ digestio et decoctio in epate significat: et ecōuerso. Hec em̄ aquositas debet esse in sāguine ad subtiliandū substantiaз ipius sanguinis: vt liberius ꝛ facilius per venas magnas et paruas ad membꝛa puenire valeat. Unde non est bonum sanguineз esse priuatum totaliter tali aquositate vrinali. Nam ex hoc significat siccitas et grossicies sanguinis: et paucus potus pmixtiuus et delatiuus. Et talis aquositas minima solet esse in multū ieiunātib: ꝛ multuз vigilātib: ꝛ in his q̄ vtūtur cibis declinātib ad caliditatē ꝛ siccitatē: ꝛ i his q̄ multū exercitant et sudāt: ꝛ silr i ꝯualescētib. Amplius nō ē bonū q nimia hui aq̄sitat quātitas sit i sanguie. Nā ex h significat defect digestiōis: vl rōe cibo ꝛ potuū: vl rōne membꝛoꝝ cibo in sanguinē cōuersionem facere non potentium: ꝛ significat etiam nimia humiditas ꝛ frigiditas sanguinis: ꝛ coꝛporis debilitas. Unde habentes stomachum frigidum: et epar frigidum: et similiter venas: et vtentes cibis frigidis et humidis: et multum bibentes ꝛ comedentes: et specialiter multuз bibentes et parum exercitātes: et nō multū ieiunātes nec vigilantes: consueuerūt talem habere sanguinē. Amplius in sanguine est quedam substantia carnosa declinans ad albedinē. Nam sanguis incipit dealbari in venis: ꝛ sanguinis digestio vlterioꝛ vt cōuertatur in mēbꝛa dealbando procedit. Hec digestio incipit in venis magnis: et per venas paruas terminat finaliter ad mēbꝛa digestionis tertie. s. ad mēbꝛa exterioꝛa solida. Hmōi aūt substantia q̄si carnea manifeste apparet i sanguie post ei digestionē ꝛ ablutōeз. Et q̄nto sāguis ē pinguioꝛ vl hūidioꝛ ꝛ aq̄sioꝛ: tanto minus est in eadem de huiusmodi substantia: et quanto sanguis est grossioꝛ: nisi tpamentū excedat: ꝛ minus pinguis ꝛ inaquosus: tanto plus percipit talis substantia. Ex multa igit quantitate talis substātie albe bonitas digestionis in venis significat: ꝛ sanguinis obediētia ad cōuersionem in mēbꝛa. Et specialiter si talis substantia inueniat tractabilis manibus: nec in ea appareant cōtenta nigra: nec ad tactum dura: ꝛ que digitis fricata quasi puluerisant. Ex hoc enim significat ad lepꝛam dispositio ꝓpinqua. Amplius si de totius substantie sanguinis grossicie vel subtilitate certificari volueris post sanguinis ebulitiōem cum cultello vel subtili ligno incide sanguinē. Si em̄ nō resistat: sз facilr incisiōi obediat subtilitas sanguinis significat. Et ecōuerso si difficult diuidat ꝛ icidat: grossicies ꝛ viscositas idicat. Uiscositas sāguis nō est sine dn̄io aliq̄ū humiditatis: sed grossicies

potest esse cum dñio siccitatis sanguinis igit grossus sine viscositate
nõ erit glutinosus: nec h3 ptes adinuicẽ adherẽtes sicut ptes cathene
Sz sanguis viscosus est glutinosus: z ei9 ptes sibiinuicẽ adherent si-
cut ptes cathene. Si aũt sanguis nullo mõ sustineat incisionẽ: q̄uis
diuidat: sic apparet i aq̄: oleo: et ceteris liq̄rib9: q̄ facilime diuidunt s3
nõ incidunt: talis inq̄ sanguis est nimis subtilis: sed talis subtilitas
meo iudicio arguit indigestionẽ. Et qñ sanguis de facili pforat satis
ɔueniẽter s3 nõ incidit: tũc arguit sanguis viscositas: et talis sanguis
vt plurimũ est fleumatic9. Et qñ sanguis incidit sed cũ q̄dã resistẽtia
tũc vtiq3 sanguis ẽ grossus z nõ viscosus. Ampli9 ɔsiderãdũ est cir
ca colorẽ sanguinis. Inspecto igit sanguie in scutella: si fm aliũ z aliũ
sitũ scutelle sãguis appareat alteri9 et alteri9 coloris: sic apparet i collo
colũbe. Significat ex hoc inq̄3 hũoꝝ maloꝝ diuersitas cũ q̄dã vẽto-
sitate eleuãte ptes sanguinis: vt lumẽ facili9 intret: z fm aliũ z aliũ si
tum subintrãs: aliũ z aliũ colorẽ causet. Hoc em̃ arguit humoꝝ ma-
loꝝ diuersitatẽ cũ q̄dã vẽtositate. Et q2 tales nõ sunt veri colores sã
guinis: ideo demũ ɔsiderare debem9 veꝝ colorẽ z fixũ sanguis: q̄ co-
lor si sit rube9: obscur9: pmo purpure9: bon9 est: z arguit bonũ sangui
nem. Et si color sit scintillãtis rubedinis arguit dñiu3 colere: z silr si
sit croce9: z si sit spumosus: arguit ventositas. Et si sit cinerici9: vel al
bus: vel liuid9: põt argui frigiditas z fleumatis dñiũ: z specialr si cu3
hoc sanguis fuerit viscosus: z cetera pticularia arguẽtia dñiũ fleuma
tis ɔcurrũt. Isti etiã colores pñt puenire ex adustiõe: sicut pz in exte
nuatis z dispositis ad lepram. Color viridis etiã attestat adustiõi: z
specialr colere. Color niger attestat melãcolie: vel p viã adustiõis: vel
naturali. Ampli9 ɔsiderare debem9 sanguinis saporẽ si placet: q̄ de
bet esse dulcis. Si igit sit insipid9: arguit dñiũ fleumatis: si sit ama-
rus: dñiũ colere: si ponticus vel acetosus: dñiũ melancolie vel fleuma
tis acetosi. Et si sapor sit salsus: arguit adustionẽ in humorib9. Am
plius cõsiderãdus est sanguinis odor. Nam si boni odoris z delecta-
bilis est: bonũ signũ est z boni sanguinis. Et si odor sit fetidus: ẽ ma-
gna putrefactio in hũoribus. Ampli9 cõsiderare debem9 si sanguis
p fleubothomiã extractus cito coaguleт: vel tarde. Si em̃ cito coagu
letur: nimia sanguinis grossicies significat. Et si tarde nimia subtili-
tas et indigestio significat. Et si mediocriter: mediocritas substantie
denotat. Hec sufficiãt de ɔsideratõibus habẽdis circa fleubothomi-
am. De his aũt q̄ sumunt ex pte egritudinũ z accidentiũ: nõ est hic lo-
cus loquẽdi: q2 habẽt videri in curis egritudinũ z accidẽtiũ. In hoc
igit negocio aliud tẽpus apponetur.

Capitulum. II. De ventosis.

q Voniã sani min9 vtunt ventosis q̄3 fleubothomia: ideo de vẽ
tosis breuiter est ptranseũdum. Circa igit ventosatõe3 multe

cadūt cōsideratōes. Prima cōsideratio est de vtilitatib⁊ ventosaꝝ.
Sciendū ꝙ duplex est modus ventosandi. Unus sine scarificatōe si
ue carnis incisiōe: ⁊ alius cū carnis incisione siue scarificatiōe. Uen-
tosa sine scarificatōe fit interdū ad diuertēdū sāguinē ab alio loco ne
euacuet̄ imoderate: sicut (verbi gratia) in imoderato fluxu menstru-
orū apponat̄ ventosa sub mamillis ad sanguinē diuertendū. Ampli
us fit interdū ad attrahendū. Verbi gratia: si apostema sit ꝓfundū
apponat̄ ventosa sup̄ locū apostematuꝫ: vt materia apostematis tra-
hatur ad extra: vt medicaminū virtus possit melius ad materiā illaꝫ
puenire. Amplius interdū fit ventosa vt apostematū materia mute
tur de loco nobili ad min⁹ nobilē. Ampli⁹ interdū fit sine scarifica
tione: vt mēbrum ventositatū calefiat: ⁊ sanguis ad ipm trahat̄: ⁊ ei⁹
ventositates remoueant̄. Ampli⁹ interdū fit talis ventosa vt mēbrū
reducat ad suū naturalē locum a quo fuit remotū: sicut fit in ruptura
inguinis. Aliqñ fit ad sedandū dolorē: sicut in dolore matricis ⁊ coli
ca ventose fiūt sine scarificatōe. Fiunt aūt ventose cum scarificatōe
ꝓpter duo. Primo quidē ad euacuandū de venis magnis ꝗ̄uis non
imediate: ⁊ ventose hmōi posite sunt in crurib⁊ ⁊ inter spatulas. Sꝫ
sanguine existente grosso tales ventose parū valent: nisi pcedant subti
liantia ⁊ ab intra ꝑ cibos ⁊ medicinas: ⁊ ab extra per fricatōem ⁊ bal
neum. Amplius tales ventose maxime fiunt ad euacuandū sangui
nem subtilē qui est ꝓpe cutem. Unde in his quib⁊ non audem⁹ facere
fleubothomiā vel ꝓpter etatē: vel virtutē: aut cōsuetudinē: debem⁹ fa-
cere ventosas: ⁊ potest fieri talis ventosatio cū magna scarificatiōe et
parua. Magna quidē cū sit ad euacuandū a toto corpore: et cū ꝑua
cum sit ad euacuandū a venis capillarib⁊: ⁊ ab aliquo mēbro speciali.
Et quāto sanguis est ꝓfundior ⁊ grossior: tanto debet esse maior scar
pellatio. Et quāto subtilior ⁊ min⁹ ꝓfundior: tāto fiat minor scarpel
latio. Et scias ꝙ infans pmo anno nullo modo debet ventosari: sꝫ in
secūdo vel tertio: ⁊ sic deinceps potest ventosari. Et dicūt quidam ꝙ
post .lx. annos nō ventoset̄. Dicunt quidam ꝙ ventosa nō debet fieri
in nouilunio: nec in fine lune: sed luna existēte in magno lumīe: ⁊ de
bet fieri hora diei secūda vel tertia. Et post horaꝫ vnam ventosatōis
detur cibus. Et quia ventosa et fleubothomia in multis cōueniūt: et
specialiter ventosa que fit ad euacuandū: tunc reducende sunt ad me
moriā multe cōsideratiōes superius dicte de fleubothomia. Sic igi
tur patꝫ propter quas causas fit ventosa. Secūda cōsideratio cir-
ca ventosas: est scire loca in quibus ventose cōmuniter poni cōsueue
runt. Sciendū igit̄ ꝙ ventose apponi cōsueuerūt sup caput: ⁊ in fron
te: ⁊ in mento: ⁊ in parte posteriori colli: ⁊ inter duo cornua in princi-
pio nuce. Et cōsueuerunt poni sub collo supra nucā: ⁊ recte in parte q̄
opponit̄ cordi ⁊ stomacho. Et cōsueuerūt poni supra renes: ⁊ in cruri

bus.s.in parte anteriori ⁊ posteriori:domestica ⁊ siluestri. Cōsueue-
runt etiam apponi in loco cauillarū. Ad quid autē horū locorū ven
tose deseruiāt:dicendū est cōsequēter. Quidam dicūt ꝙ ventose posi-
te super caput conferūt amentie ⁊ scothomie:⁊ tardant caniciē. Hoc
tamen non est vniuersaliter recipiendū pro vero: imo potius in qui-
busdam corporibus accelerāt canos:et intellectū impediūt. Sed cō
ferūt egritudinibus oculorū:puta scabiei:et bothor egressioni vuee.
Sed intellectum impediūt:⁊ faciunt hereditare stuporem et obliui-
onem. Igitur in sanitatis regimīe nullo modo ventosanda est sūmitas
capitis. Vētosa aūt in frōte posita valde:potest cōferre dolori ꝑtis
posterioris capitis:et ad alias egritudines ad quas valet fleubotho-
mia vene frontis:sed impedit ratiōem ⁊ intellectum. Unde nō est in
sanitatis regimine faciēda. Ventosa sub mento cōfert paruis puscu
lis que fiūt in ore:⁊ egritudini dentiū et gingiuarū: et multū debēt
iuuare in mundificatōe faciei ⁊ cutis capitis. Ventosa que ponitur
inter cornua occipitij valet grauedini et vacuitati que est in capite:et
caput ⁊ faciem alleuiat:⁊ doloribus qui sunt in radicibus dentiū ⁊
gingiuarū auxiliatur: ⁊ est mirabilis in tumore faciei. Tales autē ven-
tose que ponunt in parte posteriori ⁊ supra nucā debilitant memoriā
Unde nō debent fieri:nisi iminēte necessitate: nec assuescendū est ad
eas. Ventose que ponunt inter spatulas valēt egritudinibus pecto-
ris sanguineis:⁊ asmati ⁊ spasmo sanguineo. Et silr cōferūt tremori
cordis sanguīco. Sed stomachū debilitāt:et pñt eē causa tremoris cor
dis alterius ꝗ̄ sanguinei. Ventose renibus supposite valēt apostemati
bus coxarū:⁊ scabiei earū:⁊ emorroydibus:et podagre:⁊ pruritui dor-
si:⁊ vētositatibus matricis ⁊ vesice. Ventose ī cruribus maxime ꝯpetūt ī
sanitatis regimīe loco fleubotbomie:q2 maxime repletōes diminuūt:
⁊ plus oībus alijs vētosis. Et tales vētose maxime valēt doloribus matri-
cis antiq̄s:⁊ doloribus renū ⁊ vesice:⁊ mēstrua ꝓuocāt:⁊ posite ī ꝑte an
teriori valēt in apostematibus testiculorū: ⁊ vulneribus coxarū ⁊ cruriū.
Et posite ī ꝑte posteriori valēt ī apostematibus ⁊ exituris q̄ fiūt ī natibus
Vētose q̄ ponunt in cauillis pedū ꝯferūt ad eadē ad q̄ ꝯfert illarū ve
narū fleubotbomia:puta ꝓhibitōem mēstruorū: ⁊ sciatice:⁊ podagre.

Capitulum.iii. De sanguisugis.

c Onsequēter est dicere de sanguisugis. Circa quas cadūt q̄nq3
ꝯsideratōes. Pria ē d earū electōe Scda de earū ṽtute Tertia
de ipsarū ꝑparatōe añq3 applicēt. Quarta d ipsarū applicatōe. Quīta d ipsa
rū remotōe. Pōt addi ꝯsideratio sexta de his q̄ fiūt pꝰ ipsarū remotōem
Propter p̄mā sciēdū ꝙ debēt eligi sāguisuge de aq̄s mūdis currētibus
⁊ ꝑticipātibus laudabilibus ꝯditiōibus aq̄rū bonarū supiꝰ enūeratis in p̄mo
caplo scde ꝑtis:⁊ in ca. de balneis:⁊ ī ca. de regimīe infantis. Et sūt aq̄
in q̄bus repiunt rane mūde:q̄uis q̄dā asserāt oppositū huiꝰ. Ampliꝰ

sanguisuga debet esse subtilis sicut cauda muris ꝑui capitis nõ colo=
ris viridis:nec nigri nec alteriꝰ mali coloris nec suꝑ eas debẽt eẽ fila
coloris azuli. Eligant̃ igit̃ ruffe quasi coloris epatis vel hñtes ven/
tres rubeos ⁊ dorsum coloris silr̃s rei suꝑ quã existit viriditas ⁊ non
sit simplr̃ viridis. Si em̃ sint magne ⁊ magni capitis ⁊ coloris nigri
et diuersoꝝ coloꝝ et sint ex aq̃s fetidis stantibꝫ in quibꝫ reꝑiunt̃ aĩa/
lia venenosa. Tales inquã sunt venenose ⁊ ex eis inquã contingere
consueuit sincopis ⁊ apostemata mala sanguĩs fluxus ⁊ febris et mẽ
brorum laxitas ⁊ vlcera fraudulenta. Propter sc̃dam sciendum ꝙ
sicut ꝑ fleubothomiã ⁊ ventosas euacuat̃ plenitudo totiꝰ mẽbri ꝑti=
cularis:sic etiã ꝑ sanguisugas. Verũ est tñ ꝙ fleubothomia euacuat
magis a ꝓfundo q̃ꝫ sanguisuga ⁊ ventosa:⁊ silr̃iter sanguisuga attra/
hit sanguinẽ a magis ꝓfundo q̃ꝫ ventosa. Nam attractio q̃ fit ꝑ ven/
tosam est a calido ⁊ a vacuo. Sed attractio que fit ꝑ sanguisugã est a
virtute aĩe et tota spẽ cũ spũ ⁊ calore et ideo attractio est fortior:q2
etiã attractũ maiorẽ habet ꝯuenientiã cũ attrahẽte:maiorẽ, em̃ cõue
nientiã habet sanguis attractus cũ sanguisuga q̃ꝫ cum ventosa. Sic
igit̃ sanguisuga est cõueniẽtior ad euacuandũ plenitudinẽ ⁊ silr̃ a ꝓ=
fundo q̃ꝫ ventosa. Et est diligẽter notandũ ꝙ dicũt quidã ꝙ sanguisu
ga attrahit bonũ sanguinẽ et nõ malũ:⁊ fm̃ hanc viã nõ cõpetũt nisi
in sanguĩs multitudie et nõ in sanguis corruptiõe. Sꝫ istoꝝ opinio
ni nõ ꝯsentio q2 sapiẽtũ dictis nõ ꝯcordat. Nouerũt em̃ sapiẽtes ꝙ
sanguisuga valet ĩ morphea ⁊ in petigine et in serpigine qđ nullo mõ
esset si attraheret sanguinẽ bonũ et relinq̃ret malũ. Sic em̃ plꝰ noce
ret q̃ꝫ ꝓdesset. Vñ puto saluo meliori iudicio ꝙ sanguisuga plꝰ eua/
cuat malũ sanguinẽ ⁊ corruptũ ⁊ attrahit q̃ꝫ bonum ꝓpter duo. Pri
mũ quidẽ q2 natura corꝑis retinet bonũ ⁊ dimittit malũ quo nõ in/
diget. Sc̃do q2 malꝰ sanguis ẽ ꝓportionabilior sanguisuge q̃ꝫ bonꝰ.
Nõ em̃ ẽ rõnabile ꝙ sanguis qui habet silr̃itudinẽ ⁊ ꝓportionẽ in tota
spẽ cũ mẽbro nr̃i corꝑis hẽat ꝓportionẽ ⁊ silr̃itudinẽ cũ sanguisuga q2
sanguisuga ẽ multũ distans a corꝑe nr̃o:sed rõnabiliꝰ ẽ ꝙ malꝰ san/
guis ⁊ corruptꝰ qui nullã habet ꝓportionẽ cũ mẽbris corꝑis nr̃i vel
paucã habet ꝓportionẽ cũ sanguisuga ⁊ sic sanguisuga attrahit malũ
sanguinẽ q̃ ẽ magis ei ꝓportionatꝰ ⁊ relinq̃t bonũ. In omĩbꝫ igit̃ egri
tudinibꝰ subcutaneis q̃ sũt de sanguĩe corrupto multũ valẽt sangui=
suge ⁊ plus q̃ꝫ ventosa. Nã vẽtosa attrahit indifferẽter bonũ ⁊ malũ
sanguinẽ:⁊ sanguisuga nõ. Sꝫ eligit malũ tanq̃ꝫ sibi ꝯueniẽtiorẽ re=
linquẽdo bonũ. Propter tertiã sciẽdũ ẽ ꝙ añquã applicent̃ dñt serua
ri ꝑ vnũ diẽ ⁊ ꝓcuret̃ ꝙ euomãt ꝑ ꝯstrictõꝫ sic ꝙ emittãt qđ ẽ in eorũ
ventribꝫ et parũ sanguis agni vel anatis ꝓijciat̃ ⁊ inde nutriant̃ ⁊ de
inde earũ imũdicies cũ spõgia vel cũ pãno asꝑo remouet̃. Propter
quartã sciendũ ꝙ qñ volumꝰ applicare sanguisugas in loco añ fricet̃

locus ꝛ fomētetᷣ intantū ꝙ rubeat ꝛ pori apperiātᷣ et sanguis subtilie
tur ꝛ deinde ꝓijciatᷣ sanguisuga in aq̄ dulci ꝛ mūdetᷣ ꝛ loco applicetᷣ.
Et si applicari noluerit inunguatᷣ loc⁹ cū aliquātulo sanguīs agni vl'
luti aque in qua morari ꝯsueuit et ꝑmittatᷣ attrahere sāguinē quousq;
appeant vene plene Propter quintā sciendū ꝙ qn̄ volumus eas
remouere a mēbro cui sunt applicate: hoc pōt fieri cū seta caude equi
aut cū aceto tepido aut cū aqua salsa aut ligno aloes: ꝛ demū abluatᷣ
loc⁹ cū vino puro ꝛ melle ꝛ securi⁹ ē ꝙ apponatᷣ ventosa suꝑ locū et si
forte sanguinis fluxus nō cessaret aspgatᷣ locus gallis cōbustis ꝛ ma-
stice et sanguine draconis et simılib;

Ca. IIII. de cauterijs.

Uia homies sani raro vtuntᷣ cauterijs ꝛ tn̄ vtuntᷣ eis interdū
q ꝓpter opis ꝯplemētū addem⁹ hic vnū capitulū breue d̄ caute
rijs q̄ztū spectat ad regimē sanitat;. Cū qb; aūt ꝛ quō fiāt cau
teria ꝛ sectiōes nō ē hic dicēdū: h̄ em̄ ē cirurgicoꝝ op⁹. Nolum⁹ etiā
hic enūerare oēs egritudies in quaꝝ cura cōpetūt cauteria vel sectio
nes. Nolum⁹ etiā hic enūare oīa loca q̄ cauterisari cōsueuerūt sed so
lū dicem⁹ gn̄ales cautelas et vtilitates cauteriorū ꝛ q̄dā gn̄alia ī cau-
terijs obseruāda. Sciendū igitᷣ ꝙ multis cauterisatio valde vtilis ē
in exsiccādo hūores ꝛ ī attrahēdo eos a remotis ꝛ ꝓfundo ꝛ ad ꝓhi-
bendū ne corruptio spergatᷣ ad ꝯfortandū mēbꝝ cui⁹ cōplexionē vo-
lum⁹ rectificare ꝛ ad resoluendū materias corruptas in mēbro reten
tas. Ampli⁹ cauterisatio valet ad retinendū sanguīs fluxū. Et qn̄
cauteriū fit ad hāc intētionē vltimā cauterisatio dꝫ eē ꝓfūdior ꝛ for-
tior: q2 si eēt debilis faciēs crustā q̄ postea satis cito caderet eēt error
peior priore. Nā seq̄retᷣ flux⁹ sanguīs peior ꝛ ī curabilior priore. Ho-
mīes igitᷣ ī latitudie sanitatis exn̄tes q̄ tn̄ sūt ꝑati cadere ī egritudies
mēbroꝝ exterioꝝ ꝯtingētes ex hūoribꝫ corruptis dn̄t vti cauterijs: si
cut ꝟbi grā ꝑati ad leprā ꝛ ad guttā rosaceā faciei ꝛ vl'r ad egritudies
deturpantes faciē ꝓpter hūiditates corruptas in cerebro retētas q̄ nō
hn̄t spiraculū: nā tales humiditates descendūt ad faciē ꝛ ad totū cor
pus ꝛ causant lepram: talibus inquā ad p̄seruandum et sil'r ad curan
dum cauterisatio est bn̄ vtilis. Et si aliquā materia descenderit cau-
terisatio fiat in quattuor quartis capitis quousq; cauterisatio ꝑueni
at ad os cranei multū est vtilis vt humiditates corrupte euentatio-
nē habeāt ꝛ spiraculū ꝛ ad cetera mēbra corꝑis ꝛ sil'r ad faciē non de-
currāt: sed talis cauterisatio in quā ꝑuenitᷣ ad craneū ml'tū subtilitᷣ ē
fienda nec cerebꝝ ebulliat ꝛ pia mater ꝛ dura ledantᷣ ꝛ sit error nouis
sim⁹ priore prior. Et oīa ista cauteria in capite facta p̄seruāt ꝛ curant
ab omibꝫ egritudinib⁹ causatis vel causari possibilib⁹ ꝑ viam reuma
tis descendentis a capite ꝛ sic p̄seruāt ab vlcere pulmonis tussi asina
te ꝛ squinātia: ꝛ vniuersaliter ab alijs egritudib⁹ q̄rū mr̄ ꝑt eē reuma.

descendēs a capite: ꝛ specialr̄ si humores sint valde corrupti ꝛ in cerebro coartati. Et sicut dictū est de humoribꝫ corruptis in cerebro: ꝛ in capite coartatis ꝙ ꝑ cauteria capitꝭ mundificant ꝛ desiccant: sic suo modo intelligendū est de alijs mēbris corpis. Nā in quocūqꝫ mēbro corpis sint tales hūores corrupti ꝑ taliū mēbroꝝ cauterisatōem: mūdificant ꝛ desiccant: ꝛ mēbꝝ illud purificat. Unde si tales hūiditates corrupte sint coartate i splene: vel epate: aut stomacho: vel pectore: sū per mēbris illis fiant cauteria. Et silr̄ intelligat si humiditates corrupte fuerint coartate in iūcturis. Fiant em̄ cauteria in circuitu iūcturę. Sic igit patēt generales vtilitates cauterioꝝ. Nūc restat ponere quasdā regulas obseruādas in cauterijs. Prima ꝙ nunqꝫ fiat cauteriū: nisi corpe prius mūdificato ꝑ farmaciā: vel fleubothomiā: vel ꝑ vtrūqꝫ istoꝝ sicut medico videt expedire. Secūda regula obseruāda est ꝙ qn̄ cauteriū fit ad euacuandū: detineat cauteriū aptū: sed qn̄ fit ad retinendū sanguinē: locus cauterisatꝰ nō teneat aptꝰ. Tertia regula ꝙ cauteriū qꝺ fit ad euacuandū: ad minꝰ teneat aptū .xl. dies: ꝛ quolibet die mundificet locus semel vel bis: fm̄ ꝙ plus vel minꝰ de ipo euacuat: ꝛ fm̄ ꝙ materia est plus vel minꝰ corrupta. Interdū lauetur locus cū decoctōe folioꝝ hedere terrestris ꝛ arboree: vt locꝰ cauterisatus nō feteat. Quarta regula est ꝙ nō fiant cauteria in infantibus vel valde senibꝫ. In infantibꝫ quidē ꝓpter mēbrorū nimiā mollicię. In senibꝫ aūt ꝓpter nimiā mēbroꝝ siccitatē. In his etiā etatibꝫ mēbra sūt debilia: nō potētia bn̄ sustinē cauteria. Quīta regula ē ꝙ nō fiāt cauteria i tpibꝫ valde calidis: nec frigidis: nec siccis. Sexta regula est ꝙ nō fiāt sup musculos ꝛ lacertos: sꝫ in fine vel ꝑncipio musculoꝝ. Septima regula ꝙ interdū fiāt sup mēbꝝ mandās: interdū sup mēbꝝ ꝑ qꝺ tanqꝫ ꝑ mediū mandat: ꝛ interdū fiāt sup mēbrūꝫ cui mandat. Verbi gr̄a. Si materia existens in cerebro reumatisaret ad oculos ꝑ arterias ꝛ venas timpoꝝ: anteqꝫ materia fluat fiāt cauteria sup caput: ꝛ cū actu fluit: fiāt cauteria in timporibꝫ. Et cū tota materia fluxa fuerit ad lacbrymale: oculi fiāt in lacbrymali. Interdū fiāt cauteria sub mēbro ad qꝺ fluit materia. Verbi gr̄a. Si materia fluat ad faciē: pt̄ fieri cauteriū sub mēto ad mūdificādū faciē. Octaua regula obseruāda i cauterijs: ē ꝙ cauteria q̄ fiūt sub genibꝫ sūt vtiliora ad mūdificandū totū corpus ꝛ hūiditates corruptas a toto corpore. Unde talia cauteria satis deberēt esse vtilia in cura lepre: ꝛ morphee: ꝛ sic de alijs. Hoc ego sui exptus in vno ex ꝑncipibꝫ huiꝰ mūdi.

Capitulum. V. De farmacia.

e Tinterdū ventris solutio quibusdā hoībus multū ꝯpetit in regimīe sanitatis. s. ad ꝑseruandū ab egritudinibꝫ materialibus ex humoꝝ corruptōe. Est em̄ possibile ꝙ laxatiua aut farmaca medicina corpus mundificet ab humore qui generari cōsueuit

ex negligẽtia dicte ⁊ corpis discrasia: vel naturali vel accidẽtali. Naꝫ quãtũcũqꝫ aliquis sit bone cõplexionis: ꝓpter nutriẽtia siluestria ĩ se multiplicabit malos humores: a quibꝫ si nõ mũdificeꝶ: corpus grauabiꝶ. Et silr̃ quãtumcũqꝫ aliquis fuerit boni regiminis: tñ ꝓpter maliciam cõplexiõis: ⁊ debilitatis mẽbroꝝ ⁊ spirituũ ⁊ virtutũ: multiplicabunꝶ in corpe mali humores: puta colera: flecuma: vl̃ melancolia: ex quoꝝ purgatõe p̃seruabiꝶ corpus ab egritudine.. Utentes igiꝶ malo regimĩe: ⁊ q̃ sunt male cõplexionis: ⁊ nõ sunt infantes neqꝫ decrepiti: ⁊ habẽtes stomachũ ⁊ viscera fortia: habẽtesqꝫ corpꝰ magnũ ⁊ pingue: ⁊ sunt gulosi: ⁊ multũ comedunt fructus: ⁊ parũ exercitanꝶ: et nõ multum assellãt: nec sudãt: nec coeũt: tales sunt maxime farmacãdi. Et si nõ euacuanꝶ: nõ euadent q̃n cadẽt in pessimas egritudines. Et hoꝝ oppositi ĩ cõditõibꝫ enumeratis: minime sunt apti ad medicinã laxatiuã. Et spãlr̃ si vẽter corũ sit solubilis: ⁊ sint apti ad dissenteriaꝫ vel lienteriã. Et silr̃ si eoꝝ corpus sit siccũ. In talibꝫ eñi medicine laxatiue sepiꝰ sumpte corpꝰ debilitãt: ⁊ ethycã ⁊ ptisim adducũt. Et ẽ diligẽter notãdũ q antequã medicina laxatiua sumaꝶ p̄parandũ ẽ corpus ad eã: ⁊ humores sunt dirigẽdi ⁊ p̄parandi: vt humores obediãt euacuatõi. Qui eñi conaꝶ materiã indigestã euacuare: ip̄am nõ euacuat: sed sana mẽbra debilitat ⁊ morbo resistẽtia. Corpus igitur p̄parãdum est cũ nutrimẽtis mollificatiuis: ⁊ vnctuosis: ⁊ venaꝝ aptiuis: ⁊ partiẽdus est cibus. Et vt sit ad vnũ dicere corpus est p̄molliendũ: ⁊ humectandũ nutrimento plurimo balneo ⁊ reqe. Et silr̃ si materia sit grossa ⁊ viscosa: subtiliãda est ⁊ incidenda: et si sit nimis subtilis ⁊ calida: aliq̃liter est ingrossanda. Ueꝝ ẽst q materia existente furiosa: siue sit furiosa ratõe mobilitatis materie: vel ratiõe malicie: siue ratione mẽbri ⁊ loci: siue ratõne quãtitatis ⁊ qualitatis: siue ratiõe accidentis inducti per talem materiã: nõ debet expectari digestio. Amplius obseruandũ est ne quis recipiat medicinã laxatiuã in temporibus calidis valde: nec frigidis valde: sed in tẽperatis: vt in vere vel autumno. Tempus etiã humidũ cõuenientius est ad medicinam laxatiuam. Multuꝫ cõsiderandũ est q luna non sit in leone: ⁊ q leo nõ sit ascendẽs: ⁊ vniuersaliꝶ q luna nõ sit in signo fixo. Sit igitur luna in signo mobili: ⁊ frigido ⁊ hũido. Unde inter oĩa signa mihi videtur q cancer est cõueniẽtius signũ ad farmaciã: et deinde piscis. Hec eñi signa non sunt fixa: ⁊ sunt aquatica: frigida: ⁊ humida. Scorpio est signũ cõueniens: quia aquaticum: frigidũ: ⁊ humidũ: sed est signũ fixum. Multũ etiam cõsiderandũ est q luna non sit cõiuncta ioui nec corporalr̃ nec per aspectũ: ⁊ q etiam nõ sit cõiuncta saturno. Naꝫ cõiunctio cum ioue debilitat virtuteꝫ medicine: ⁊ fortificat virtutem naturalẽ corporis. Medicina autẽ laxatiua non euacuat humorem: nisi superãde virtutes naturales corporis. Amplius cõiunctio cũ sa-

turno imobilitat hūores: ⁊ sic impedit opatōez farmacie. Amplius cōsiderandū est q̄ q̄dā medicine sunt: super quib⁹ postq̄ sumpte sunt multū est dormiendū: sicut fortes medicine que sumunt̄ in substātia pillulata. Alie sunt super quib⁹ nō tm̄ est dormiēdū: sicut sunt medicine non ita fortes: que sumunt̄ per moduz electuarij. Et alie sunt super quib⁹ parū vel nihil est dormiendū: cuiusmodi sunt debiles medicine valde: ⁊ q̄ recipiunt̄ in colatura. Medicine igit̄ que recipiūtur i substātia pillulata recipiant̄ de sero: ⁊ sup̄dormiat̄ tota nocte. Multum aūt cōsiderandū est q̄ pillule non sint indurate ⁊ petrificate: nec etiā sint nimis molles: sed sint siccate de nouo. Medicine aūt que sumūtur per modū electuariorū recipi debent in media nocte: ⁊ sup̄dormiat̄ vsq̄ ad diem. Et que recipiūtur in colatura recipi debēt in aurora: ⁊ paruz vel nihil est sup̄dormiendū: nec statim est ambulandum: sed quiescendū: quia scimus q̄ medicina quātumcūq̄ sit debilis non operat̄ in humore: nisi primitus natura in eam egerit: reducēdo de potentia ad actum. Et ideo quiescendū est super eam sumptam quousq̄ appropinquet temp⁹ operatiōis: ⁊ tunc mouendū est corpus hincinde: nō laboriose: nec i loco valde calido: nec frigido valde. Si em̄ vis ducere elleborū moue corpus: nec dormiat̄ aliquo modo donec medicina suam perfecerit operatiōez: quia somnus retinet fortes euacuatōes. Et similit̄ medicina sumpta nihil est comedendū nec bibendū: donec medicina cōpleuerit suā opatōem. Sunt tñ q̄dā debilis nature ⁊ rare cōpositiōis: q̄ nō pñt esse sine cibo quousq̄ medicina suam perficiat operatōem: ⁊ isti debēt ante haustū medicine comedere aliquid subtile: leue: facilis digestionis. Et tales etiam postq̄ medicina incipit operari possunt comedere aliquid subtile stipticum: q̄d stomachum cōfortet: et medicinam ad inferiora deponat. Sed si necessitas non cogat: cibus et potus totaliter dimittantur quousq̄ medicina perfecerit operatiōem. Scimus autem medicinaz suam compleuisse operatiōem: ex eo q̄ videmus mutatōem in egestionibus ad humorez cui medicina exhibita non est appropriata: tunc enim signū est q̄ medicina perfecit opus suum: et tunc potest farmacatus cibari.

Amplius est aliud signum: scilicet q̄ medicina exhibita apparet in egestionibus. Nam postq̄ medicina sufficienter est operata: natura eam emittit: et tunc farmacatus comedat: bibat: et quiescat. Tertium signum est sitis: quam scimus non euenire nec ex acuitate medicine: nec humoris: nec ex complexione stomachi. Si igitur medicina non sit acuta: nec etiam humores in corpore qui debēt euacuari sunt multū calidi: nec etiā farmacatus sit naturalr̄ sitibūdus: tūc quidem satis p̄tz farmacati operatio. Unde signū est purgatiōis sufficiētis. Sed postq̄ percepimus farmacum appropinquare ad operatiōis terminū: bonum est q̄ farmacatus bibat aliquid lubricatiuū lauatiuū:

⁊ sitis sedatiuū: ⁊ medicine repssiuū ⁊ expulsiuū: et hmōi est aqua or-
dei calidissima: hec em̄ est lauatiua: ⁊ medicine repssiua et lubrica. Et
post horā diei comedat cibū subtilē facilis digestiōis: et vinū limpha
tum bibat calidū: nihil em̄ suscipiat actu frigiduȝ: et dimittat illa die
oēs fructus: ⁊ specialr̄ frigidos: ⁊ hūidos laxatiuos. Et specialr̄ ante
cibum: ⁊ p̄cipue crudos debilitātes stomachuȝ. Et si medicina fuerit
multū acuta: ⁊ farmacat⁹ multū cōplexionis calide: ⁊ tēpus calidum:
nullo modo bibat̄ vinū: sed loco vini bibat̄ mellicratū: vel aqua .f. zuc
carata: vel bibat̄ aqua cocta in vino paucissimo vel debilissimo altera
ta. Et est diligēter notandū q̄ si quis fuerit farmacat⁹: vehemēter
purgatus: ⁊ forte timeam⁹ vlteriorē purgatiōem: nullo modo biben-
dum est mellicratū: nec aqua zuccarata: nec similia que ventrē laxare
possent: sed bibi debet succus citoniorū inspissatus per decoctōez cū
aqua ferrata: vel aliq̄d simile. Interdū aūt ꝯtingit q̄ medicina ex-
hibita nō euacuat: vel q2 medicina est debilis: vel quia corpus est de-
bile: vel quia ventositas grossa est in stomacho: q̄ subleuat corpus me
dicine: vel q2 vie intestinoꝝ sunt opilate. Si igit̄ videam⁹ medicinaȝ
non opari: quia virtus est debilis: cōfortanda est cū cibo subtili lubri
co: ⁊ postea exhibeat̄ aqua nō multū frigida. Si autē medicina sit de
bilis: demus aquā frigidam nō nimij frigoris: ⁊ deinde dabimus ali
qua cōpressiua pontica: sicut citonia pira. Hec em̄ medicinā ad infe-
riora deponūt. Si autē ventositas sit in causa: vel cōstipatio intesti-
norum: clisteria sunt cōpetens medicina: ⁊ dissoluētia ventositatem.
Si autē medicina exhibita non operet̄: ⁊ declinet ad supiora: et gene
ret morsuȝ cordis: ⁊ angustiua: ⁊ estuatiōem: et p̄focatiōem: ⁊ motuū
spasmosuȝ: ꝓuocādus est vomitus. Et si viderim⁹ q̄ declinat ad infe
riora: non p̄mittātur clisteria fortia attractiua. Amplius taliū me-
dicinarū maliciā corrigit potus aque vehemēter frigide et balneatio
in ea: propter hoc q̄ frangit acuitatē medicine et inflāmatiōem: et re-
mouet serositatē medicine. Etiam ad hoc cōferunt tyriace species: q̄a
tales medicine sunt de genere venenosoꝝ. Sed sup omia quādo me
dicina nō euacuat: cōfide in clisterioꝝ beneficijs. Si autē cum his
omībus medicina sumpta non fuerit a corpe expulsa: ⁊ accidētia ma
la multiplicent̄: ⁊ medicina ⁊ materia moueat̄ ad superius: fienda est
flebotomia de sophena: ⁊ post de basilica. Vomitus autē magis ꝓ
uocandi sunt quādo medicina generat cordis morsum ⁊ nauseā: ⁊ fa-
cit singultū ⁊ p̄focatiōeȝ. Nec tn̄ cōtemnēda sunt clisteria. In hoc em̄
remedio ꝯfisus sum vsq3 ad nūc: ⁊ bonū effectū inueni. Interdum
etiaȝ cōtingit q̄ medicina farmaca exhibita euacuat plus q̄3 oportet:
⁊ tūc studēdū est p̄mo vt medicina a corpe expellat̄. Ampli⁹ vt itestina
cōfortent̄ ad retinendū. Tertio studēdū est etiā vt materia diuertat̄.
Quarto vt totū corp⁹: et specialr̄ cor ⁊ cetera mēbra p̄ncipalia ꝯfortent̄.

Quinto etiã in casu forti exhibẽda sunt stupefaciẽtia ꝛ materiã ꝯgelãtia. Dico igit̃ p̃mo ꝙ si videam⁹ medicinam secessiuam adhuc in corpore manere ꝛ corporaliter et virtualiter exhibeamus aliqua lubrica laxatiua virtutem medicine debilitantia et corpus medicine a corpore expellentia quorum vnum ꝛ optimum est aqua ordei calidissima cũ mustillagine psiliĳ vel citonioꝝ in potu exhibita. Hec em̃ faciunt virtutẽ medicine debilitari ꝛ ipaꝫ a corpe expellũt et ita intelligit̃ in aliĳs. Hoc autẽ remediũ est bonũ si videamus talẽ euacuationem supfluã eẽ ex virtutis medicine fortitudine Ampli⁹ dico scḋo ꝙ virtus ꝯtentiua intestinoꝝ in tali casu est ꝯfortanda: possibile est em̃ talẽ supfluam euacuationẽ esse nõ ꝓpter medicine fortitudinẽ sed ꝓpter ꝯtentiue intestinoꝝ debilitatẽ. Cõtentiua aũt stomachi ꝛ intestinorũ ꝯfortat̃ cũ stipticis ꝛ ab intra et extra Ab intra autem carne citoniorũ aromatisata vel nõ aromatisata: et ab extra cum oleo rosato vel masticino vel mirtino Ampli⁹ dico tertio ꝙ est studendũ in diuersione materie: vbi gr̃a possibile ẽ ꝙ materia ad intestina fluat ab omnibus mẽbris et tũc fricatiões ꝛ balnea multũ cõpetũt ad diuertendũ materiã ne moueat̃ ad intestina. Et ex eadẽ ratiõe interdũ competunt diuretica ꝛ inetrdũ etiã cõpetit vomitus. Hec omnia em̃ diuertũt materiã ab intestinis. Amplius qꝛ interdũ medicina laxatiua euacuat vltra debitũ supando virtutes corpis et vitales ꝛ naturales multũ studendũ est in tali casu in virtutis cõfortatiõe. Et qꝛ somnifera ꝛ stupefaciẽtia retinẽt euacuatiões fortes in stante magna necessitate nõ est malũ dare aliq̃ꝫ opiatã ad imobilitatẽ materie et ad stupefaciendã anialem virtutẽ hoc tñ fiendũ ẽ cũ magna cautela

Capitulũ VI. de vomitu.

Quãuis homies sani simplr̃ ꝛ a tpe nõ indigeãt vomitu: tamẽ q homies in quoꝝ stomachis multiplicat̃ fleuma ꝛ colera ꝑ vomitũ ab egritudinibus p̃seruant̃ et in ꝓpria sanitate ꝯseruant̃. Si igit̃ hmõi homies vomitu vtant̃ fm ꝙ expedit eoꝝ stomachus a supfluitatib⁹ mundificat̃ ꝛ digestio melior efficit̃ ꝛ corpus renouatur caput etiã ꝛ sensus alleuiant̃ ꝛ visus acuit̃: ꝙ si vomitus imoderate fiat et vbi non optet corpus desiccabit̃ epati et pectori nec nõ oculis ꝛ pulmoni nocebit: venas quoq̧ qñq̧ scindit ꝛ rũpit ex quo passio accidit emoptoica: debet em̃ fieri vomitus ad plus bis imense in regimine sanitatis hoim p̃dictorũ nec debet talis vomit⁹ in regimĩe sanitatis fieri stomacho vacuo. Nam talis vomitus laboriosus est nimis. Fiat igit̃ post cibi saturitatẽ ꝛ sumptionẽ diuersorum ciborũ abominationẽ habentiũ ꝛ etiã q̃ dãmnõ incisiuã virtutẽ. Nõ debet vomit⁹ fieri frequẽter ne stomach⁹ corrũpat̃ et virtus eius destruat̃ nec debꝫ obseruari cert⁹ nũerus dierũ inter vnũ vomitũ et aliũ. Habẽtes aũt collũ longũ ꝛ pectus strictũ ꝛ sine carne ꝛ humeros eleuatos ad mo-

dū alarū ꝛ crura tortuosa tales ĭnquā nō vtant̄ vomitu ad cōseruan dū sanitatē eorum: et qꝛ oculi multū ledunt̄ a vomitu. Interduꝫ cū aliquis vomere voluerit duos pānulos in rotūditate circūuoluat et sup oculos ponat ꝛ cū alio pāno lato optime liget nec inde auferātur donec vomit⁹ sit cōplet⁹. Et postq̄ȝ erit pfect⁹ facies aqua rosata ē ab luenda. In estate q̄dem cū aqua rosarū simplici. In hyeme vero po- nat̄ in ea aliquātulū ligni aloes ꝛ os abluendū ē cuꝫ hydromelle vel syrupo acetoso et nō statim ē comedendū sed tardet comestionē do- nec fames sit forti: ꝛ si cōtingat vomētē sitire: seda ei⁹ sitim cū syrupo citoniorū et nō cum iulep nec cū syrupo acetoso: quia ista duo incitāt ad vomitū. Et qui vomuerit comedat carnes pulloꝝ facilis digestio nis in gelatina vel galentina. Hec de vomitu sufficiāt vt cōpetit in regimine sanitatis De vomitu em̄ laborioso q̄ fit stomacho ieiuno et cū fortib⁹ medicinis nō ē hic determiandū: qꝛ nō cōpetit sanis cor poribꝫ: ꝛ si interdū forte cōpeteret ad ꝯseruādū ab aliq̄bus malis egri tudinibꝫ. Et eadē ratio est de eo ꝛ medicina laxatiua. Uñ ex eis q̄ di cta sunt supius de medicina laxatiua ꝛ ex his que dicunt̄ de vomitu in isto capitulo patet quid sit faciendū ꝛ obseruandū in vomitu labo rioso qui fit cum medicina forti.

Ca. VII. de clysteribus.

q Uia homies sani sepe et sepi⁹ clysteribꝫ vti cōsuerūt ꝛ sil̄r sup positorijs: de his est breuiter determiandum quantuꝫ suffi- ciat ad regimē sanitatꝭ. Sciēdū igit̄ ꝙ homies i quoꝝ intesti nis feces indurari cōsueuerūt: ꝓpter quā indurationē pōt colica pas sio ꝓuenire. Similiter in quoꝝ visceribꝫ vētositates multiplicari cō sueuerūt vel fleuma muscillaginosū vel ad quoꝝ intestina pauca cole ra demandat̄ incitans expulsiuā: tales inquā indigēt in sanitatis regi mine clysterib⁹ vel remollitiuis ꝯtra fecū indurationē vel vētositatū dissolutiuis ꝯtra ventositatē vel fleumatis euacuatiuis: ꝛ sil̄r intelli gat̄ de alijs humoribꝫ: vel aliqualiter i ordinatiuis ꝯtra defect⁹ mor dificatiōis ꝓpter colere transmisse ad intestina paucitateꝫ: interdū fi unt clysteria mundificatiua visceꝝ ꝛ ꝯsolidatiua ꝛ restrictiua ꝛ attra ctiua a remotis et impinguatiua: sed qꝛ his nō vtimur in regimie sa nitatis de his penit⁹ nulla fienda est mentio in isto capitulo. Et est di ligēter notandū ꝙ circa exhibitionē clysterioꝝ multe regule sunt ꝯsi derāde Prima regula ꝙ clysteria maxie fiūt ad euacuatōeꝫ intesti- norū ꝛ ad ꝯsumptionē ventositatū in eis: ꝛ sil̄r in renibꝫ. Uñ suspecti de colica passione ꝛ dolore renū ꝛ spēaliter vētoso maxie debēt vti cli steribꝫ. Uñ clysteria imediate euacuāt ab intestinis inferioribꝫ ꝛ reni bus ꝛ cōsequēter a ptibus supioribꝫ. Euacuāt ergo ab inferioribus ꝛ eradicāt a supibꝫ ꝑ quandā colligantiā inferioꝝ ad supiora. Secū da regula est ꝙ clysteria fortia non debent fieri nisi materia digesta

Tertia regula ē q clysteria nullo mō fiēda sunt cibo exn̄te in stomacho adhuc indigesto q2 attraherek cib9 indigest9 ad itestina z ad epar. Quarta regula ē q clisteria nō sunt nimis frequētanda ne natura debilitek. Quinta regula q qn̄ exhibek clystere ꝑpter renes: clisteri sandus debet iacere supin9: z si ꝑpter intestina econuerso. Sexta regula q nō debet fieri clystere in tpe calido nec in hora calida: sed deb3 eligi hora aliquantulū frigida Septima regula q nō deb3 fieri bal neū ante clystere: ne in corpe fiat motus agitatiu9. Octaua regula q qui sunt suspecti de emorroydib9 z similib9 passionibus ani: non debēt vti clysterib9 Nona regula si quis timeret ne clystere retineak poni deb3 ī circuitu ani arena calefacta vel miliū calefactū. Que aūt sint materie clysterioꝝ p̄dictoruz scitur ex libris simpliciū.

Ca. VIII de suppositorijs.

Onsequēter dicem9 de suppositorijs quib9 sani interdū vtuntur. Sunt aūt suppositoria quedā lenia nō acuta: puta facta ex melle z succo mercurialis vel ex sappone gallico vel frusto caulis z silia. Et sūt alia his fortiora: vt suppositoria ex melle acuata cū scāmonea vel cū euforbio vel cū coloqntita z silib9. Prima qdem suppositoria ordinank ad ventrē remolliēdū. Et scda ordinank ad extrahendū materiā a remotis: z spēal'r a ptib9 supiorib9. Prima quidē suppositoria magis cōpetunt in regimine sanitatis q3 secūda

Ca. IX. de pessarijs.

D E pessarijs aūt sciēdū q sicut se hn̄t ad intestina suppositoria et clysteria sic pessaria ad matricē Interdū aūt fiunt pessaria ad mēstrua ꝓuocāda z ad matricē mundificandū. Interdū ad restringendū menstrua. Interdū fiūt ad cōfortandū matricē z vt disponak ad ꝯceptū. Hoꝝ aūt pessarioꝝ materia scik ex libris ptic'laribꝫ. Et de isto memi me dixisse supi9 in ca. de regimie aꝑriato serui feminco z in tractatu. quē composui de regimie sterilitatis. In his etiā locis dictū est de figura z quātitate pessarioꝝ z de modo imittē di pessaria. Et ideo hic ptranseo z huic operi finē impono cū dei lau de cui9 nutu sermo recepit gratiā z doctrina pfectionē.

Regimē sanitatis Magnini mediolensis medici expertissimi. Op9 equidem nō parū vtile omni cū diligētia in hoc volumen redactum Finit feliciter. Impressum Basilee per Nicolaum Kefler zc.

fuo
tū
ut
po
nū
co
cia
vida
veca
ꝑ. n.
ȝ ꝗ
ccrā
me. c.
g ꝓ
argē
endite
ucū
erac
ꝯ se
ꝯ
ras
tad
s gau
utelliue
ssiois
ritate
ꝯs ca
mi tō
as urbin
neos. i.
ut tūsā
cens. ag
m
uctōr rex
eꝯ ꝓto
llias ꝓō
inutat. d.

